









)IURNALE
NOVIOMENSE,

ustrissimi & Reverendissimi in Christo Patris
D. D. JOANNIS - FRANCISCI
)E LA CROPTE DE BOURZAC,
iscopi-Comitis Noviom. Par. Franc. auctoritate,
ecnon Ven. ejusd Eccl. Capit. consensu editum;
AD USUM
REGALIS ECCLESIÆ
S. QUINTINI,
Licentia Illustriss. & Reverend. in Christo Patris
D. D. CAROLI *DE BROGLIE*,
isc. Com. Noviom. Par Franc. accommodatum.

PARS ÆSTIVA.



PARISIIS,
:cudebat A. M. LOTTIN, Biblio-Typographus
URBIS Parisiorum, viâ San-Jacobeâ.

M. DCC. LXXIV.
Cum Privilegio Regis Christianissimi.



:UMVIS & juſtè & ſincerè Deo di-
Non nobis, Domine, non nobis, ſed
o da gloriam : in eo tamen eximiè
& gloria ejus & noſtra etiam ita con-
: omiſſo neglectove illius cultu, &
ıretur & hæc evaneſcat. Et quam-
i gloriâ ſermone vel cantu prædi-
æcipua pars animæ ſit, fieri tamen
t, ut animæ in Dei cultum ex illius-
nore ardeſcenti ſuum concurſum
nve deneget corpus. Nam qui cla-
ınis ſpiritus laudet Dominum!
:m Regius Pſaltes : *Benedicat om-*
ıomini ſancto ejus! &, *Sitivit in te*
ea; quàm multipliciter tibi caro

animæ porrò ad Deum reverenter,
, in loço ſancto colendum, præ-
eſt corpus per ſe quidem *anima-*

dicta sunt mihi : In domum Domini ibimus. . . Custodi pedem tuum, ingrediens domum Domini. . . Pavete ad Sanctuarium meum ! . . . Adorabo ad Templum sanctum tuum in timore tuo. . . In conspectu Angelorum psallam tibi. . . Exultabunt labia mea, cùm cantavero tibi. . . Oculi mei semper ad Dominum. . . Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi. . . Jucundum sit ei eloquium meum ! ego verò delectabor in Domino . . . Domine, labia mea aperies . . . Omnia ossa mea dicent : Domine, quis similis tibi ?

Quoniam verò *multi unum corpus sumus*, & *singuli, alter alterius membra*, eodem omnes ordine & consensu stare, sedere, moveri, procedere, orare, canere, atque etiam silere debemus, quo omnia corporis unius membra vel agere solen vel cessare. Nihil enim ad Officii divini de corem majestatemque magìs confert, quà omnium eodem in choro congregatorum iisdemque velut in castris supremo Re militantium, una eademque alacritas c gravitate conjuncta; necnon & simultan ut ita dicam, genuflexio, statio, incli tio, sessio, processio, aliaque omnis verentiæ & pietatis significatio. Quamob ut disciplinam à majoribus nostris accept totque seculorum usu confirmatam, tot rum qui nos præcesserunt, virorum exer consecratam, & ipsi retineamus & po

nostris tradamus; sciant omnes sacræ nostræ Legionis commilitones :

I. Standum esse cum decenti, nec resupino corporis habitu, dum cantantur *Psalmi*, *Hymni*, *Versiculi*, *Orationes* : nec sedendum esse nisi 1° in Vesperis Solemnibus dum cantatur *Responsorium* aut *Motetum*, itemque in Vesperis & Commendationibus Defunctorum, dum cantantur *Psalmi*, non verò Cantica. 2° In Nocturnis seu Matutinis, dum recitantur *Lectiones* & *Responsoria*. 3° In Missa Collegiali, ab initio *Epistolæ* usque ad *Evangelium*; surgendò tamen, ubi Crux & ipse sancti Evangelii Textus ab Altari ad pulpitum deferuntur.

II. Est autem genuflectendum in primo ingressu Chori, cum ad stallum unusquisque uum pervenit : in Missæ initio, donec Celerans ad Chorum conversus dicat : *Domius vobiscum* : ad hæc Symboli verba, *Et carnatus est*... usque ad *Crucifixus* : ad nc Canonis precem, *Quam oblationem*, *Deus*... usque ad secundam Mysterum elevationem, ante *Pater noster*. In ssa verò quæ pro *M. Jacobo Capet*, ad ius Altare, circa initium I. Nocturni ceatur, genuflexio fit usque ad peractam ùm Calicis consecrationem, adorationque; sed non sedendum antequàm Sa-

cerdos, Calice Domini accepto, ad priorem ablutionem deveniat. Est pariter genuflectendum 1° in communione Clericorum, Vicariorum, aliorumque Ministrorum Ecclesiæ inferiorum, Festis Annualibus affixâ, & Antiphonâ *Ave, verum Corpus*, leni cantu celebratâ. 2° Ab initio Precum flexis genibus dicendarum, certis diebus, in omnibus Horis, usque ad *Benedicamus Domino.* 3° Ad hunc Hymni *Te Deum* versum, *Te ergo, quæsumus*... extra tamen Tempus Paschale: 4° Ad sequentes Versus Hymnorum, Prosarum, Antiphonarum, aut aliorum Cantuum: *Veni, creator Spiritus*... *Veni, sancte Spiritus*... *Tantum ergo Sacramentum*... *Ecce Panis Angelorum*... *O Crux, ave*... *Adjuva nos, Deus salutaris noster*... *Ave, maris Stella*... *Pie, Jesu, Domine*... 5° Ad has Epistolarum aut Evangeliorum voces, *ut in nomine Jesu*... *& Verbum caro factum est*... *& procidens adoravit*... *& procidentes adoraverunt eum.* 6° Quoties quis transit ante Altare, dum expositum est aut *sanctissimum Sacramentum*, aut etiam *sanctæ Crucis lignum*; & quoties è suspensorio deducitur sanctum Ciborium, donec in altum remittatur, seu Viaticum infirmo deferendum sit, seu Hostiæ sint renovandæ. In illis autem genuflexionibus rectum unusquisque ordinem in sua sede servare debet, vultu ad Altare tantispèr saltèm converso: sed quando *Preces flexis genibus* dicuntur ad Primam & ad Completorium, precantium facies ac

nteriora Chori ita convertantur, ut sese nvicem respicere & adhortari videantur.

III. Surgit è stallis Chorus, & versùs Altare totus convertitur, 1° ad sequentes Hymnorum strophas, *O salutaris Hostia... Ignosce genti quam suo Christus redemit sanguine... Fac, Christe, ne sint irrita Tormenta quæ perpessus es!.. Vel dormientes libera Cruore quos mercatus es... Da, Christe, nos tecum mori, Tecum simul da surgere... Tu morte cujus vivimus... Duc exules in patriam!... O Virgo, quæ Deum paris... Et tu, tuorum sis memor... Quæ Regina sedes proxima Christo... O tu, clientûm cui preces... Nostras, tu nova lux, discute noctes... Tu Dux Olympi prævia... Clemens ab ortu protege... Fac, Virgo quem scimus Deum... Tu, Mater pietatis... A quo te precibus subveniente... O Regina, tibi sanguine junctum Te dedisce genus...* Sicque ad alias ejusmo- strophas in Antiphonario designatas. Quandò cantatur, *Ave, Maria, gratiâ na*, aut, *Ave, gratiâ plena*, aut aliqua tajoribus ad Beatam Mariam Virginem iphonis, *Alma Redemptoris Mater... , Regina cælorum... Regina cæli... e, Regina... Inviolata... Stabat Ma-..* præsertimque ad ultima earumdem phonarum verba, qualia sunt, *Peccato- miserere, Et pro nobis Christum exora,* ;° Denique, dum cantatur Missa, ad , *suscipe deprecationem nostram*, in

Hymno *Gloria in excelsis : Gloria tibi, D*
mine, ante Evangelium: *Domine, non su*
dignus, ante Communionem; & dum cai
tantur *ad Laudes & ad Vesperas*, Comm
morationes Beatæ Mariæ Virginis & Sanc
Quintini; quas insuper majores nostri, no
nisi flexis genibus, etiam in Stationibus
Processionibus, decantabant.

IV. Caput inclinandum 1° Quotiès Ch
rus ad Altare convertitur: 2° Quotiès sa
ctissimum Jesu aut Beatæ Mariæ Virginis n
men profertur: 3° Quoties recitatur *Con*
teor ad Primam & ad Completorium. Imn
Canonici & Capellani, sacris Ordinib
nondùm initiati, ad pronuntiationem Sa
ctissimi Jesu aut B. Mariæ Virginis non
nis, non modò caput inclinabunt, sed,
sedeant, exurgent, humerosque ipsos rev
renter incurvabunt; & dum recitabitur *Co*
fiteor, in genua procident, versâ facie
D. Decanum, vel Hebdomadarium, v
Ruarium D. Decani aut Hebdomadarii vic
quandoque supplentem.


V. Detegendum denique caput, 1° Qu
tiès fieri debet genuum flexio, vel capi
ipsius inclinatio, verbi gratiâ, ad accipie
dam à Domno Celebrante *Aquam benedicta*
vel ad osculandum in stallo *sancti Evange*
librum, aut *Patenam* propè Altare. 2° In o

ibus sanctissimi Sacramenti Expositionibus
t Processionibus: in omnibus quæ fieri so-
ent intra Ecclesiam, vel etiam extrà, Statio-
ibus, ac proinde in Exequiis & Sepulturis
Defunctorum. 3° Ad Absolutiones & Bene-
ictiones quæ Lectionibus in Nocturnis præ-
nittuntur; & ad sequentes Psalmorum ver-
us, *Gloria Patri, & Filio... Sit nomen Do-
ini benedictum... Sanctum & terribile no-
nen ejus... Non nobis, Domine, non no-
is... Benedictum nomen majestatis ejus in
ternum!... Deus misereatur nostri... Be-
edicat nos Deus, Deus noster... Benedica-
nus Patrem & Filium*... 4° Ad Capitula,
Hymnos, Versiculos, Collectasque seu Ora-
iones omnes; atque ad tota Cantica *Ma-
nificat* & *Benedictus*. 5° In Missa, ad *Kyrie,
leison*; ad *Collectas*; ad verba Symboli, *Qui
um Patre & Filio simul adoratur*... ab ini-
o *Præfationis*, sæpiusque *ab Offertorio*
que ad finem Missæ.

In plerisque tamen istorum habenda est
o temporis & vestium: sæviente enim
ne, nonnunquam satis est caput incli-
:, & capucio aliquatenus removendo
um apponere. Sed coram Sanctissimo
amento, sive in ejus Expositione, sive
iusdem Elevatione intra Missarum so-
ia, sive etiam cùm transeundum est
illud, aut ante patentes sanctæ Crucis,
orumque Patronorum Reliquias, de-

10 *Discipl. in Choro S. Quintini servanda.* tegi caput & decet & solet; ipsoque fidei Catholicæ voto præceptum est.

Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viventem in secula seculorum; & mittebant coronas suas ante thronum. Apoc. IV. 10.



ADDENDA

DISCIPLINÆ IN CHORO SERVANDÆ, *juxta Ordinationem* 12. *Novemb*, 1694.

CAPITULO GENERALI SEDENTE.

QUI non ingrediuntur in Chorum, *ad Missam*, ante initium Evangelii; *ad Vesperas* & *Matutinum*, ante finem primi Psalmi; *ad Officium Defunctorum*, ante tertium Responsorium, pro præsentibus non reputantur; olimque de Choro exire compellebantur.

Idem est de iis qui egrediuntur, *in Matutinis*, ante cantatam primam Lectionem; *in Missa*, ante peractam Communionem; *in Vesperis*, ante ultimum *Benedicamus Domino*. Cautum est autem, ut si quis egressus fuerit, nec Missæ sibi præscriptæ celebratione occupatus sit, ante finem Cantici *Benedictus*, *ad Laudes*, revertatur; itemque, si de Vesperis agatur, ante finem Cantici *Magnificat*.

Nemo prætereà debet intrare vel exire dùm Chorus est ad Altare conversus aut in stallis genuflexus, neque dùm cantantur *Capitula*, *Collectæ*, *Præfatio*, *Pater noster*, *Lectio sancti Evangelii sive in Missa*, *sive ad Matutinum*. *Deus*, *in adjutorium*..., *suscipe deprecationem nostram*. *Et incarnatus est*...

Nemo, nisi laxatis cappæ & togæ nis, & superpellicei pennis, aut ingr aut egredi, aut in Choro procedere d Nemo ita subselliis incumbere, ut do re videatur; aut si dormitet, à vicino cè excitetur.

Propter suppressas in Dominicis Festi diebus Vigilias Mortuorum, semel in a Missam pro iis ab unoquoque Cano celebrari sancitum erat: bis celebrari ex jussum est propter suppressas easdem V lias in Semiduplicibus, quorum Officia erant Duplicum Officiis longiora.

Plura quidem & laudabilia legere e præfatâ Ordinatione, sed minùs gravia magìs scita.



TABU

'ULA ALPHABETICA,

IA SANCTORUM ET SANCTARUM
ι ſeriem Feſtivitatum quarumcumque,
cum ſuo ritu,
'eriarum quoque ac Vigiliarum,
ıque Breviarii totiûs Officiorum exhibens.

ıpud Populum feſtivantur, majoribus notantur caracteribus.

k *Sennen*, mart. *comm.* 30 julii.
Noviom. epiſc. *ſemid.* 27 nov.
mart. *ſimpl.* 7 ſept.
s Reliquiarum S. Prajecti, ſemid. 12 jul.
Reliquiarum SS. Firmini & Soc. ſemid. 19 maii.
Corporis S. Caſſiani, ſemid. 16 jul.
Reliquiarum Sſtæ Pecinnæ, comm. 25 jul.
bbat. *ſemid.* 1 ſept.
mart. *comm.* 18 aug.
g. & mart. *ſemid.* 5 febr.
irg. & mart. *ſemid.* 21 jan.
piſc. *ſimpl.* 1 mart.
ı, virg. *ſemid.* 30 jan.
, papæ, *Eventii* & *Theoduli*, presb.
omm. 3 maii.
, epiſc. & mart. *ſimpl.* 5 mart.
Corporis S. Victorici, ſemid. 30 oct.
piſc. *ſemid.* 6 febr.
piſc. & eccl. doct. *dupl.* 7 dec.
viduæ & mart. *comm.* 24 nov.
apoſt. *dupl. maj. ſeu* 3. *cl.* 30 nov.
(Michaelis archang. & omnium SS.)
ı. ſeu dupl. 2. *cl.* 29 ſept.
Cuſtodum, *dupl.* 2 oct.
piſc. *comm.* 17 nov.
atris B. M. V. *dupl.* 2. *cl.* 28 jul.
chim &) par. B. M. V. *dupl.* 26 jul.
ATIONIS INCARNAT. DOMINI ad
V. ann. maj. ſeu dupl. 1. *cl.* 25 mart.
.bb. *ſemid.* 17 jan.
: *Padua*, presb. *ſimpl.* 13 jun.
s, epiſc. & mart. *ſimpl.* 23 jul.
s (*Timothei* &) mart. *comm.* 23 aug.
, virg. & mart. *dupl.* 9 febr.
m (*Diſperſionis*), *ſemid.* 15 jul.
mart. *comm.* 18 jul.

ASCENSIONIS DOMINI, *ann. maj. seu dupl. 1. cl.*	30 apr. -	3 jun
ASSUMPTIONIS B. M. V. annual.		15 au
Athanasii, episc. & eccl. doc. *semid.*		4 ma
Audoeni, episc. *semid.*		23 au
Audomari, episc. *comm.*		9 sep
Augustini, episc. & eccl. doct. *dupl.*		28 au
Aureæ, virg. *comm.*		4 oc
Barbaræ, virg. & mart. *semid.*		4 de
Barnabæ, apost. *dupl. maj. seu 3. cl.*		11 ju
BARTHOLOMÆI, apost. *dupl. maj. seu 3. cl.*		24 au
Basilidis, *Cyrini*, *Naboris* & *Nazarii*, mart. *simpl.*		12 ju
Basilii magni, episc. & eccl. doct. *semid.*		2 ja
Bathildis, reginæ Francorum, viduæ, *comm.*		30 ja
Benedictæ, virg. & mart. *semid.*		8 oc
Benedicti, abbat. *dupl.*		11 ju
Bernardi, abb. & eccl. doct. *ann. min. seu dupl. 2. cl.*		20 au
Bertini, abbat. *comm.*		13 se
Blandinæ virg. & *sociorum*, mart. *semid.*		2 ju
Blasii, episc. & mart. *simpl.*		3 fe
Bonaventuræ, episc. & eccl. doct. *comm.*		14 ju
Briccii, episc. *simpl.*		13 n
Brunonis, monachi, *semid.*		6 oc
Cæciliæ, virg. & mart. *dupl. maj. seu 3. cl.*		22 no
Cæsarii, episc. & eccl. doct. *semid.*		27 au
Calixti, papæ & mart. *semid.*		14 oc
Capitis S. Quintini (*Relationis*), *comm.*		14 se
Caroli Borromæi, episc. *dupl.*		9 n
Caroli magni, imperatoris, *dupl.*		28 ja
CASSIANI, episc. (*Depositionis*) *dupl. 2. cl.*		5 a
(*Adventûs & Tumulationis 1.*) *semid.*		16 ju
(*Translationis & Tumulationis 2.*) *dupl.*		19 ju
(*ELEVATIONIS*), *dupl. 1. cl. seu ann. maj.*		2 m
Cassiani (*Hippolyti* &), mart. *comm.*		13 au
Catharinæ, virg. & mart. *dupl. maj. seu 3. cl.*		25 no
Cathedræ S. Petri, apost. *dupl. maj. seu 3. cl.*		18 ja
Celebrationis miraculorum S. Quintini, *dupl. maj. seu 3. cl.*		7 n
Celiniæ, mulieris, *comm.*		21 o
Christophori, mart. *comm.*		25 ju
Chrysogoni, mart. *simpl.*		24 n
Cinerum (*feria IV*),	4 febr. -	10 m
CIRCUMCISIONIS DOMINI, & *IMPOSIT. SS. NOM. JESU*, *ann. min. seu dupl. 2. cl.*		1 j
Claræ, virg. *comm.*		12 a
Claudii, episc. *ann. min. seu dupl. 2. cl.*		6 ju

Clemen

:lementis, papæ & mart. *semid.* 23 nov.
:leti, papæ & mart. *comm.* 26 apr.
:lotildis, reginæ Francorum, viduæ; *semid.* 3 jun.
:olumbæ, virg. & mart. *comm.* 31 dec.
:ommemorationis *S. Pauli*, apost. *dupl. maj. seu 3. cl.* 30 jun.
OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM, dupl. maj. seu 3. cl. 2 vel 3 nov.
Benefactorum & Beneficiariorum Eccl. S. Quintini, ann min. seu dupl. 2. cl. 7 aug.
ompassionis *B. M. V.* (Feria VI. post Dom. Pass.) *dupl. maj. seu 3. cl.* 13 mart. - 16 apr.
ONCEPTIONIS *B. M. V. ann. maj. seu dupl. 1. cl.* 8 dec.
onversionis *S. Pauli*, apost. *dupl. maj. seu 3. cl.* 25 jan.
ORDIS JESU (Dominicâ 1. sept.) *dupl. 2. cl.* 1-7 sept.
ornelii, papæ, & *Cypriani*, episc. mart. *semid.* 16 sept.
ORPORIS *CHRISTI*, *ann. maj. seu dupl. 1. cl.* 21 maii - 24 jun.
orporis *S. Stephani* (*Inventionis*), *semid.* 3 aug.
orporis *S. Quintini* (*Inventionis* 1.), *ann. min. seu dupl. 2. cl.* 23 jun.
(INVENTIONIS 2.) *ann. maj. seu dupl. 1. cl.* 3 jan.
(*Translationis*) *dupl.* 25 oct.
(*Tumulationis*), *dupl.* 19 jan.
(*ELEVATIONIS*), *ann. maj. seu dupl. 1. cl.* 2 maii.
orporis *S. Cassiani* (*Adventûs & Tumulationis* 1.): *semid.* 16 jul.
(*Translationis & Tumulationis* 2.) *dupl.* 19 jan.
(*ELEVATIONIS*), *ann. maj. seu dupl. 1. cl.* 2 maii.
orporis *S. Victorici* (*Inventionis*), *semid.* 27 jun.
(*Allationis*), *semid.* 30 oct.
(*Tumulationis*), *dupl.* 19 jan.
(*ELEVATIONIS*), *ann. maj. seu dupl. 1. cl.* 2 maii.
orporum *SS. Fusciani & Gentiani* (*Inventionis*) *semid.* 27 jun.
osmæ & *Damiani*, mart. *semid.* 27 sept.
rispini, } rispiniani, } mart. *semid.* 24 oct.
rucis (*Inventionis S.*), *dupl. maj. seu 3. cl.* 3 maii.
(*Exaltationis S.*), *dupl. maj. seu 3. cl.* 14 sept.
ypriani, episc. (*Cornelii*, papæ &) mart. *semid.* 16 sept.
yrici & *Julittæ*, mart. *simpl.* 16 jun.
yrini, *Naboris & Nazarii* (*Basilidis*), mart. *comm.* 12 jun.

Damiani (*Cosmæ* &), mart. *semid.* 27 sept.
Decollationis S. Joannis-Baptistæ, *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 29 aug.
DEDICATIONIS *Ecclesiæ* (secunda Domin. julii), *ann. maj. seu dupl.* 1. *cl.* 8 julii. - 14 jul.
DEFUNCTORUM (COMMEM. *omnium Fidelium*) *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 2 vel 3 nov.
(*Commem. omnium Benefactorum & Beneficiariorum Ecclesiæ S. Quintini*), *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 7 aug.
Depositionis S. Cassiani, *dupl.* 2. *cl.* 5 aug.
Desiderii, episc. & mart. *simpl.* 23 maii.
Dionysii, episc. *Rustici*, presb. & *Eleutherii*, diac. mart. *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 9 oct.
Discipulorum Domini 72. *comm.* 15 jul.
Dispersionis SS. Apostolorum, *semid.* 15 jul.

DOMINICÆ — *privilegiatæ*:

1 *cl.*:
- 1 *Adv. dupl.*
- 1 *Quadr. dupl.*
- *Passionis*, *dupl.*
- *Palmarum*, *dupl.*
- PASCHÆ, *Ann.*
- *In albis*, *dupl.* 3 *cl.*
- *Pentec. Ann.*
- *Trin. dupl.* 1 *cl.*

2 *cl.*:
- 2.3 & 4 *Adv.* } *dupl.*
- 2, 3 & 4 *Quadr.* } *dupl.*

3 *cl.*:
- *Septuages.* } *dupl.*
- *Sexages.* } *dupl.*
- *Quinquages.* } *dupl.*

4 *cl.* *Dominicæ cetera per annum. dupl.*

Dominici, presb. *semid.* 4 aug.
Donati, episc. & mart. *simpl.* 7 aug.

Eleutherii, diac. (*Dionysii*, episc. *Rustici*, presb. &) mart. *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 9 oct.
ELEVATIONIS CORPORUM SS. QUINTINI, VICTORICI, mart. & CASSIANI, episc. *ann. maj. seu dupl.* 1. *cl.* 2 maii
ELIGII, Nov. episc. (DORMITIONIS) *dupl.* 2. *cl.* 1 dec.
(*Ordinationis*), *semid.* 14 maii
(TRANSLATIONIS seu *Translationum omnium*), *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 25 jun.
Elisabeth, *Hungarorum*, viduæ, *dupl.* 19 nov.
Epimachi (*Gordiani* &), mart. *comm.* 13 maii
EPIPHANIÆ DOMINI, *ann. maj. seu dupl.* 1. *cl.* 6 jan.
Eulaliæ, virg. & mart. *comm.* 10 dec.
Eunucii, Noviom. episc. *comm.* 10 sept.
Euphemiæ, virg. & mart. *comm.* 16 sept.
Eusebiæ, viduæ, *comm.* 23 jun.

Eutropii, episc. & mart. *comm.* 30 apr.
Eventii & *Theoduli*, presb. (*Alexandri*, papæ) mart. *comm.* 3 maii.
Evremundi, abbatis, *simpl.* 10 jun.
Evurtii, episc. *comm.* 7 sept.
Exaltationis S. Crucis, *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 14 sept.

Fabiani, papæ, *semid.* 20 jan.
Feliciani (*Primi* &) mart. *simpl.* 9 jun.
Felicis Nolani, presb. *comm.* 14 jan.
Felicitatis (*Perpetuæ* &) mart. *simpl.* 7 mart.
Felicitatis (*septem Fratrum* &), mart. *simpl.* 10 jul.
Feriæ
Vigilia Natalis Domini.
majores priv. { *Feria iv Cinerum.* *Feriæ omnes à Domin. Palm. ad Dom. in albis & à Vigil. Pentec. ad Trinit.*
maj. non priv. { *Feriæ omnes Adv. & Quadr.* *Feriæ Rogat.* *Feria vj post Oct. Ascens.* *Feriæ iv Temp.*
min. privileg. *Feriæ omnes temp. Pasch.*
min. non priv. *Feriæ omnes per annum.*
Fiacrii, solitarii, *simpl.* 30 aug.
Fidis, virg. & mart. *comm.* 6 oct.
Filiberti, abbat. *comm.* 20 aug.
Firmini, episc. & mart. *ann. min. sive dupl.* 2. *cl.* 25 sept.
(*Adventûs Reliquiarum ejus*), *semid.* 19 maii.
Francisci Assisinatis, justi, *semid.* 4 oct.
Francisci de Paula, justi, *semid.* 10 maii.
Francisci Salesii, episc. *dupl.* 29 jan.
Francisci Xaverii, presb. *semid.* 2 dec.
Fursei, abb. *semid.* 16 jan.
Fusciani & Gentiani (*Victorici*) mart. *dupl.* 2. *cl.* 11 dec.
Inventionis Corporum eorum, *semid.* 27 jun.
Adventûs Reliquiarum eorum, *semid.* 19 maii.

Gaudiorum B. M. V. ann. min. seu dupl. 2. *cl.* 22 aug.
Gaugerici, episc. *semid.* 11 aug.
Genebaldi, episc. *comm.* 6 sept.
Genesii, mart. *comm.* 25 aug.
Genovefæ, virginis, *semid.* 4 jan.
Gentiani (*Victorici*, *Fusciani* &), mart. *dupl.* 2. *cl.* 11 dec.
Inventionis Corporum eorum, *semid.* 27 jun.
Adventûs Reliquiarum eorum, *semid.* 19 maii.
Georgii, mart. *comm.* 23 apr.
Germani, *Autissiodorensis*, episc. *semid.* 31 jul.

Germani, Parisiensis, episc. *simpl.* 28 maii.
Gertrudis, virginis, *simpl.* 4 mart.
Gervasii & *Protasii*, mart. *semid.* 19 jun.
Gilberti, episc. *dupl.* 13 febr.
Godebertæ, virg. *semid.* 5 maii.
Godefridi, episc. *comm.* 9 nov.
Gordiani & *Epimachi*, mart. *comm.* 13 maii.
Gregorii magni, papæ & eccl. doct. *dupl.* 3 sept.
Gregorii Nazianzeni, episc. & eccl. doct. *semid.* 9 maii.
Gregorii, Neocæsariensis episc. *semid.* 17 nov.

Henrici, imperatoris, *ann. min. seu dupl. 2. cl.* 14 jul.
Hermelandi, abb. *comm.* 25 nov.
Hieronymi, presb. & eccl. doct. *dupl.* 30 sept.
Hilarii, episc. & eccl. doct. *dupl.* 14 jan.
Hippolyti & *Cassiani*, mart. *comm.* 13 aug.
Humberti, abb. *simpl.* 6 sept.
Hunegundis, virg. *semid.* 26 aug.

Ignatii, episc. & mart. *semid.* 1 febr.
Ignatii Loyolæ, presb. *semid.* 30 jul.
INCARNATIONIS DOMINI, *ann. maj. seu dupl. 1. cl.* 25 mart.
Innocentium, mart. *dupl.* 28 dec.
Inventionis S. Crucis, *dupl. maj. seu 3. cl.* 3 maii.
Corporis S. Stephani, protomart. *semid.* 3 aug.
Corporis S. Quintini primæ, *ann. min. seu dupl. 2. cl.* 23 jun.
SECUNDÆ, *ann. maj. seu dupl. 1. cl.* 3 jan.
Corporum SS. Victorici, *Fusciani* & *Gentiani*, *semid.* 27 jun.
Irenæi, episc. & eccl. doct. mart. *semid.* 28 jun.

JACOBI Alphæi & *PHILIPPI*, apost. *dupl. maj. seu 3. cl.* 1 maii.
JACOBI Zebedæi, apost. *dupl. maj. seu 3. cl.* 25 jul.
JESU, *D. N. INCARNATIONIS*, *ann. maj. seu dupl. 1. cl.* 25 mart.
NATIVITATIS, *ann.* 25 dec.
CIRCUMCISIONIS & *IMPOSIT. SS. NOMINIS*, *ann. min. seu dupl. 2. cl.* 1 jan.
EPIPHANIÆ, *ann. maj. seu dupl. 1. cl.* 6 jan.
PRÆSENTATIONIS & *PURIFICAT. B. M. V.* *ann. maj. seu dupl. 1. cl.* 2 febr.
Baptismi, *dupl. maj. seu 3. cl.* 13 jan.
Transfigurationis, *ann. min. seu dupl. 2. cl.* 27 jul.
RESURRECTIONIS seu *PASCHÆ*, *annual.* 22 mart. - 25 apr.
ASCENSIONIS, *ann. maj. seu dupl. 1. cl.* 30 apr. - 3 jun.
Ultimi Adventûs, *dupl. maj. seu 3. cl.* 7 maii. - 10 jun.

Corporis Christi, *ann. maj. seu dupl.* 1. *cl.* 21 maii.-24 jun.
Sacerdotii, *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 29 maii. - 31 jun.
SS. Nominis (Dominic. 3 post Pentec.) *dupl.* 2. *cl.* 31 maii. - 4 jul.
SS. Cordis (Dominic. 1 sept.) *dupl.* 2. *cl.* 1 - 7 sept.
Joachim & *Annæ*, parent. B. M. V. *dupl.* 26 jul.
Joannis - Baptistæ Nativitatis, *dupl.* 2. *cl.* 24 jun.
Decollationis, *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 29 aug.
Joannis Apostoli & Evangel. Diei Natalis, *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 27 dec.
Martyrii ad Port. Lat. ann. min. seu dupl. 2. *cl.* 6 maii.
Joannis & *Pauli*, mart. *comm.* 26 jun.
Joannis Chrysostomi, episc. & eccl. doct. *semid.* 27 jan.
Josephi, sponsi B. M. V. *dupl. maj. seu dupl.* 3. *cl.* 15 jan.
Judæ (*Simonis* &), apost. *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 28 oct.
Juliani, episc. *comm.* 27 jan.
Juliæ, virg. & mart. *simpl.* 21 jul.
Julittæ (*Cyrici* &), mart. *simpl.* 16 jun.

Lamberti, episc. & mart. *simpl.* 17 sept.
Laurentii, diacon. & mart. *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 10 aug.
Lazari, *Mariæ* & *Marthæ*, Christi Hospitum, *dupl.* 4 sept.
Leocadiæ, virg. & mart. *comm.* 9 dec.
Leodegarii, episc. & mart. *comm.* 2 oct.
Leonardi, solitarii, *simpl.* 14 nov.
Leonis magni, papæ & eccl. doct. *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 11 apr.
Lini, papæ & mart. *comm.* 23 sept.
Liphardi, abb. *simpl.* 4 jun.
Lucæ, evangel. *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 18 oct.
Luciæ, virg. & mart. *semid.* 13 dec.
Luciani, mart. *comm.* 8 jan.
Ludovici, Francorum regis, *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 25 aug.
Lupi, Senonensis episc., *comm.* 1 sept.
Lupi, Trecensis episc., *simlp.* 29 jul.

Machabæorum (*septem Fratrum*) *eorumque matris*, mart. *comm.* 1 aug.
Maclovii, sive *Macuti*, episc. *simpl.* 15 nov.
Magdalenæ (*Mariæ*), *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 22 jul.
Mamantis, mart. *comm.* 17 aug.

Mamerti, episc. (*feriâ 2 rogationum*), *comm.* 27 apr. - 31 maii.
Marcelli, papæ, *comm.* 16 jan.
Marcelli, mart. *comm.* 12 sept.
Marcelliani & *Marci*, mart. *simpl.* 18 jun.
Marcellini, presb. & *Petri*, exorc. *comm.* 2 jun.
Marci, evangelistæ, *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 25 apr.
Marci & *Marcelliani*, mart. *simpl.* 18 jun.
Marculfi, abbatis, *comm.* 7 jul.
Margaretæ, virg. & mart. *semid.* 20 jul.
MARIÆ (Beatæ) Virginis *CONCEPTIONIS*, *ann. maj. seu dupl.* 1. *cl.* 8 dec.
NATIVITATIS, *ann. maj. seu dupl.* 1. *cl.* 8 sept.
Præsentationis, *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 21 nov.
ANNUNTIATIONIS, *ann. maj. seu dupl.* 1. *cl.* 25 mart.
Visitationis, *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 2 jul.
PURIFICATIONIS, *ann. maj. seu dupl.* 1. *cl.* 2 febr.
Compassionis, (Feria VI post Dom. Pass.) *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 13 mart.- 16 apr.
ASSUMPTIONIS, *ann.* 15 aug.
Gaudiorum, *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 22 aug.
Mariæ Ægyptiæ, pœnitentis, *semid.* 29 apr.
Mariæ Magdalenæ, *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 22 jul.
Mariæ, *Marthæ*, } & *Lazari*, Christi Hospitum, *dupl.* 4 sept.
Martialis, episc. *semid.* 5 jul.
Martini, episc. *Depositionis*, *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 11 nov.
Ordinationis & *Translationis*, *semid.* 4 jul.
Martini, papæ & mart. *simpl.* 12 nov.
Martyrum omnium, *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 22 jun.
MATTHÆI, apost. & evangel. *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 21 sept.
MATTHIÆ, apost. *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 24 *vel* 25 febr.
Mauri, abb. *comm.* 15 jan.
Mauricii & *sociorum*, mart. *semid.* 22 sept.
Maximi (*Tiburtii*, *Valeriani* &), mart. *comm.* 22 nov.
Maximi, episc. *simpl.* 28 nov.
MEDARDI, Noviom. episc. *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 8 jun.
Memmii, episc. *comm.* 5 aug.
Michaelis Archangeli (*Apparitionum*), *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 8 maii.
& *omnium SS. Angelorum*, *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 29 sept.
Momboli, abb. *simpl.* 18 nov.
Mommoleni, Noviom. episc. *semid.* 16 oct.
Monicæ, viduæ, *comm.* 4 maii.

N*aboris & Nazarii (Basilidis, Cyrini)*, mart. *comm.* 12 jun.
NATIVITATIS B. M. V. *ann. maj. seu dupl.* 1 *cl.* 8 sept.
S. JOAN-BAPTISTÆ, *dupl.* 2. *cl.* 24 jun.
DOMINI, *annual.* 25 dec.
Nazarii (Basilidis, Cyrini, Naboris &) mart. *comm.* 12 jun.
Nerei & sociorum ejus, mart. *comm.* 12 maii.
Nicasii, episc. *& sociorum ejus*, mart. *semid.* 14 dec.
Nicolai, episc. *(Natalis)*, *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 6 dec.
(Translationis), *comm.* 9 maii.
NOMINIS JESU IMPOSIT. & CIRCUMC. DOMINI, *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 1 jan.
SOLEMNITAS (Dom. 3. post Pent.), *dupl.* 2. *cl.* 31 maii. - 4 jul.
Norberti, episc., *semid.* 7 jun.

O*ctavæ Nativitatis Domini*, *dies intra oct. semid.* 25 dec. - 1 jan.
Dies ipsa Octava, CIRCUMC. *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.*
Epiphaniæ, *semid.*
D. Oct. Baptism. Dom. dupl. maj. 3. *cl.* 6-23 jan.
Paschæ, *Fer.* 2 *&* 3, *d.* 3 *cl.* { 22 mart.-28 mart.
cæteræ semid. { 25 apr. - 2 maii.
D. Oct. Domin. in alb. dupl. 3 *cl.*
...scensionis, *semid.* { 30 apr. - 7 maii.
D. Oct. ultimus Domini Advent. d. 3 *cl.* { 3 jun. - 10 jun.
...ntecostes, *F.* 2 *&* 3, *d.* 3 *cl.* { 10 maii. - 17 maii.
cæteræ sem. { 13 jun. - 20 jun.
D. Oct. Fest. SS. TRIN. *ann. maj. seu dupl.* 1 *cl.*
...poris Christi, *semid.* { 21 mart. - 28 mart.
D. Oct. Sacerdot. Dom. dupl. 3 *cl.* { 17 apr. - 24 apr.
...eptionis B. M. V. semid.
D. Oct. dupl. 8 dec. - 15 dec.
...vitatis B. M. V. semid.
. Oct. dupl. 8 sept. - 15 sept.
...ptionis, *semid.*
Oct. Fest. gaud. ann. min. seu dupl. 2. *cl.* 15 aug. - 22 aug.
...m Sanctorum, *semid.*
Oct. Vener. reliq. dupl. maj. seu dupl. 3 *cl.* 1 nov. - 8 nov.
...-Baptistæ, *simpl.*
Oct. semid. 24 jun. - 3 jul.

Petri & *Pauli*, apoſt. *ſimpl.* 29 jun. - 6 jul.
D. Oct. ſemid.
Laurentii, *ſimpl.* 10 aug. -17 aug.
D. Oct. ſemid.
Quintini, *ſemid.* 31 Oct. - 7 nov.
D. Oct. Celebratio Miraculorum ejus, *dupl. maj. ſeu* 3 *cl.*
Dedicationis eccleſiæ, *ſemid.* { 8 jul. -15 jul. / 14 jul. -21 jul. }
D. Oct. dupl.
Patroni & Titul. cujuſque eccl. ſemid.
D. Oct. dupl.
OMNIUM SANCTORUM, *ann. maj. ſeu dupl.* 1. *cl.* 1 nov.
Omnium Martyrum, *ann. min. ſeu dupl.* 2. *cl.* 22 jun.
OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM (COMMEMOR.) *dupl. maj. ſeu* 3. *cl.* 2 *vel* 3 nov.
Omnium DefunctorumBenefactorum vel Beneficiariorum Eccl. S. Quintini (*Commemorat.*) *ann. min. ſeu dupl.* 2. *cl.* 7 aug.
Ordinationis S. Eligii, *ſemid.* 14 maii.
Ordinationis & Tranſlationis S. Martini, *ſemid.* 4 jul.

Pantaleonis, mart. *comm.* 27 jul.
PASCHÆ (*Dominica*), *annual.* 22 mart.-25 apr.
PASSIONIS S. QUINTINI, *annual.* 31 oct.
Paulæ, viduæ, *comm.* 28 jan.
PAULI (PETRI &) apoſt. *dupl.* 2. *cl.* 29 jun.
Pauli (*Converſionis*), *dupl. maj. ſeu* 3. *cl.* 25 jan.
(*Commemorationis*), *dupl. maj. ſeu* 3. *cl.* 30 jun.
Pauli, eremitæ, *comm.* 10 jan.
Pauli (*Joannis* &), mart. *comm.* 26 jun.
Paulini, epiſc. *comm.* 22 jun.
Pecinnæ, virg. (*Natalis*) *dupl.* 26 jun.
(*Adventûs Reliquiarum*), *comm.* 25 jul.
PENTECOSTES (*Dominica*), *annual.* 10 maii-13 jun.
Perpetuæ & *Felicitatis*, mart. *ſimpl.* 7 mart.
PETRI & PAULI, apoſt. *dupl.* 2. *cl.* 29 jun.
Petri Cathedræ, *dupl. maj. ſeu* 3. *cl.* 18 jan.
ad Vincula, *ſemid.* 1 aug.
Petri exorciſtæ & *Marcellini*, presb. mart. *comm.* 2 jun.
Petri Alexandrini, epiſc. & mart. *ſimpl.* 26 nov.
PHILIPPI & JACOBI, apoſt. *dupl. maj. ſeu* 3. *cl.* 1 maii.
Pictonis, mart. *comm.* 1 oct.
Polycarpi, epiſc. & mart. *ſemid.* 26 jan.
Pothini, epiſc. & ſociorum, mart. *ſemid.* 2 jun.
Prajecti, epiſc. & mart. (*Natalis*), *comm.* 25 jan.
(*Advectio Reliquiarum*) *ſemid.* 12 jul.

Præsentationis B. M. V. ann. min. seu dupl. 2. cl.	21 nov.
PRÆSENTATIONIS *D.* & PURIFICATIONIS *B. M. V. ann. maj. seu dupl. 1. cl.*	2 febr.
Praxedis (Pudentianæ &) virg. comm.	19 maii.
Primi & Feliciani, mart. *simpl.*	9 jun.
Principii, episc. *comm.*	25 sept.
Protasii (Gervasii &) mart. *semid.*	19 jun.
Pudentianæ & Praxedis, virg. *comm.*	19 maii.
PURIFICATIONIS *B. M. V.* & PRÆSENTATIONIS *D. ann. maj. seu dupl. 1. cl.*	2 febr.
Quadraginta Militum Sebastensium, mart. *simpl.*	9 mart.
Quadraginta-quinque Martyrum Lugdunensium, *(Pothini, Blandinæ & aliorum)*, *semid.*	2 jun.
Quatuor tempora. *Feria iv, vj & Sabb.* post { *Dominic. 3. Adv.* / *Dominic. 1. Quadr.* / *Dominic. Pentec.* / *Festum Exalt. S. Crucis.* }	
QUINTINI, mart. PASSIONIS, *ann.*	31 oct.
Inventionis 1. ann. min. seu dupl. 2. cl.	23 jun.
INVENTIONIS *2. ann. maj. seu dupl. 1. cl.*	3 jan.
Translationis, dupl.	25 oct.
Tumulationis, dupl.	19 jan.
ELEVATIONIS, *ann. maj. seu dupl. 1. cl.*	2 maii.
Venerationis Reliquiarum, dupl. 2. classis.	2 sept.
Relationis Capitis, comm.	14 sept.
Celebratio miraculorum, dupl. maj. seu 3. cl.	7 nov.
Radegundis, reginæ Francorum, viduæ, *semid.*	13 aug.
Reguli, episc. *comm.*	23 apr.
Relatio capitis S. Quintini, comm.	14 sept.
Reliquiarum omnium SS. (Venerationis), dupl. maj. seu 3. cl.	8 nov.
Ecclesiæ S. Quintini (Venerationis) dupl. 2. cl.	2 sept.
SS. Firmini, Victorici, Fusciani, & Socior. (Adventûs), semid.	19 maii.
S. Præjecti (Advectionis), semid.	12 jul.
Sanctæ Pecinnæ (Adventûs), comm.	25 jul.
Remigii, episc. *(Depositionis), comm.*	14 jan.
(Translationis), dupl.	1 oct.
Rochi, Justi, *comm.*	16 aug.

Rogationum Feriæ, { 27, 28, 29 apr. / 31 maii. 1-2 jun.
Rufini & *Valerii*, mart. *semid.* 14 jun.
Rustici, presb. & *Eleutherii*, diac. (*Dionysii*, episc.) mart. *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 9 oct.

Salvii, episc. *simpl.* 29 oct.
Saturnini, episc. & mart. *comm.* 29 nov.
Scholasticæ, virg. *simpl.* 10 febr.
Sebastiani, mart. *comm.* 20 jan.
Sennen (*Abdon* &), mart. *comm.* 30 jul.
Septem Fratrum Machabæorum, eorumque Matris, mart. *comm.* 1 aug.
Septem Fratrum & *S. Felicitatis, eorum matris*, mart. *simpl.* 10 jul.
Septuaginta-duorum Discipulorum Domini, *comm.* 15 jul.
Simeonis, episc. & mart. *simpl.* 18 febr.
SIMONIS & *JUDÆ*, apost. *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 28 oct.
Sinicii, } *Sixti*, } episc. *comm.* 11 sept.
STEPHANI, diaconi & protomartyris, (*Natalis*) *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 26 dec.
(*Inventionis Corporis*), *semid.* 3 aug.
Stephani, papæ & mart. *simpl.* 2 aug.
Sulpicii, episc. *comm.* 17 jan.
Sylvestri, papæ, *semid.* 16 dec.
Symphoriani, mart. *comm.* 22 aug.

Theclæ, virg. & mart. *semid.* 23 sept.
Theodorici, abb. *comm.* 1 jul.
Theoduli (*Alexandri*, papæ, *Eventii* &), mart. *comm.* 3 maii.
Theresiæ, virg. *semid.* 15 oct.
Thillonis, monachi, *comm.* 7 jan.
THOMÆ, apost. *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 21 dec.
Thomæ Aquinatis, presb. & eccl. doct. *dupl.* 18 jul.
Thomæ Cantuar. episc. & mart. *semid.* 7 jul.
Tiburtii, *Valeriani* & *Maximi*, mart. *comm.* 22 nov.
Timothei, episc. & mart. *semid.* 24 jan.
Timothei & *Apollinaris*, mart. *comm.* 23 aug.
Titi, episc. *comm.* 4 jan.
Transfigurationis Domini, *ann. min. seu dupl.* 2. *cl.* 27 jul.
TRANSLATIONIS S. ELIGII, *dupl. maj. seu* 3. *cl.* 25 jun.
S. Quintini, *dupl.* 25 oct.

S. Remigii, *dupl.* 1 oct.
S. Martini, *semid.* 4 jul.
(*SS.*) *ann. maj. seu dupl.* 1. *cl.*
17 maii. 20 jun.
S. Quintini, *Victorici*, & *Cassiani*,
19 jan.
S. Cassiani, *primæ*, *semid.* 16 jul.

). *semid.* 30 apr.
: & mart. *comm.* 25 maii.
arum, virg. & mart., *ann. min.*
cl. 21 oct.

ob. *comm.* 12 dec.
esb. & mart. *simpl.* 14 febr.
burtii, *Maximi* &) mart. *comm.*
22 nov.
ii &), mart. *semid.* 14 jun.
i, *comm.* 9 jan.
c. *comm.* 6 febr.
b. *simpl.* 11 oct.
Reliquiarum omnium Sanctorum,
eu 3. *cl.* 8 nov.
uiarum Eccl. S. Quintini à S.
Ludovico, *dupl.* 2. *cl.* 2 sept.
Fusciani & *Gentiani*, mart.
upl. 2. *cl.* 11 dec.
ntionis Corporum), *semid.* 27 jun.
ntûs Reliquiarum), *semid.* 19 maii.
tionis Corporis), *semid.* 30 oct.
ulationis), *dupl.* 19 jan.
ATIONIS), *ann. maj. seu dupl.*
l. 2 maii.
vitatis Domini (*cum jejunio*). 24 dec.
iæ. (*sine jej.*) 5 jan.
st. (*sine jej.*) 9 maii.-13 jun.
n. Bapt. (*cum jej.*) 23 jun.
ri & Pauli. (*cum jej.*) 28 jun.
i Zebedæi. (*sine jej.*) 24 jul.
entii, (*cum jej.*) 9 aug.
tionis B. M. V. (*cum jej.*) 14 aug.
thæi. (*cum jej.*) 20 sept.
on. & *Jud.* (*cum jej.*) 27 oct.
i SS. (*cum jej.*) 30 oct.
eæ. (*cum jej.*) 29 nov.
art. *semid.* 22 jan.
aulo, presb. *semid.* 19 jul.
pisc. *simpl.* 3 mart.

Visitationis B. M. V. ann. min. seu dupl. 2. cl.	2 jul.
Vitalis, mart. *comm.*	19 jun.
Xysti, papæ & mart. *simpl.*	6 aug.
Yvonis, presb. *comm.*	9 maii.

Finis Tabulæ Sanctorum & Festivitatum.

CAS

ASUS RESERVATI

ISSIMO DOMINO NOSTRO PAPÆ,
ines annexam habent Excommunicationis
ſuram, propter quam reſervantur.

cendium ædium ſive ſacrarum ſive profana-
odò reus ab Eccleſia excommunicatus ac
denuntiatus fuerit.

ffractio ſimul & ſpoliatio Eccleſiæ, modò
iter excommunicatus & denuntiatus fuerit.

njectio violenta & injuſta manûs in Clericum
gioſum: ſi tamen atrox fuerit & enormis,
juncta cum morte, aut membri alicujus
one, aut oſſis confractione, aut copioſâ
is aliundè tamen quàm ex naribus, effuſio-
contumeliâ maximè injurioſâ: de cujus
te in caſu dubii judicium penès Nos erit.
cendum eſt de ea quæ fit in Epiſcopum vel
n, licèt gravis duntaxat ſit.

imonia in Ordine vel Beneficio realis, id
utraque parte completa, ſi tamen publica
oria ſit. Item Confidentia, licèt merè con-
alis, publica pariter ac notoria.

elatio armorum ad partes Infidelium.

alſificatio Bullarum ſeu Litterarum Summi
is.

Invaſio, deprædatio, occupatio, devaſtatio
n Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

. *Violatio Interdicti à ſancta Sede Apoſto-*
oſiti.

i ſint alii caſus Summo Pontifici reſervati,
tris in regionibus contingunt. Ab iis autem
s, ſi occulti ſint, poſſunt Epiſcopi & ceteri,
oteſtatem circa reſervatos dant, quoſlibet
e; inſuper (non obſtante eorum notorietate)
s, conjugatas, viduas, puellas, pauperes,
aletudinarios, ac denique omnes quibus,
itâ, ſanitate, libertate, aut rebus ſuis,
adire non licet.

CASUS OMNES AC SOLI

NOBIS RESERVATI

Et, in Synodo generali habitâ Noviomi die 7 Octobris 1738, promulgati.

CONTRA I. DECALOGI PRÆCEPTUM.

I. *Blasphemia gravis & publica*, quandò qui scripto vel vocibus, Deo aut Sanctis insignem co tumeliam palàm & publicè infert; sive attribu justitiæ, verbi gratiâ, aut providentiæ ejus der gando; sive aliquid injuriosum, ut ignorantiam a crudelitatem ei affingendo; sive eum maledic imprecationibusve impetendo; sive (quod adh deterius est) eum apertè & expresse renegando.

Hic casus specialiter reservatur.

Quamvis autem detestanda omninò sint, & : blasphemiam proximè vergant juramenta per Deu Christi mortem, sanguinem, membra, &c. in q irati præsertim prorumpere solent, ea tamen : omni reservatione eximimus; sicut & corruptas dimidiatas voces Deo aut Sanctis injuriosas, n proferantur publicè & cum motu externo qui co temptum vel indignationem adversùs eos directè expresse enunciet; ut si quis, ita jurando vel ren gando, oculos manusve in cœlum aut aliqua Christi imaginem impiè contorqueat.

II. *Magicæ artis exercitium, aut recursus quili ad eam exercentes.* Magiæ autem nomine hîc i telligenda, præsertìm veniunt philtrum, sorti gium, maleficium, ligulæ nodatio, incantati divinatio, hoc est, prædictio rerum futurarun vel occultarum quæ lumini naturali imperviæ su detectio: necnon maleficiorum solutio, & morb rum quibus homines vel animalia vexantur, cu tio, quæ per expressum aut implicitum cum d mone pactum fiunt. Implicitum porrò pactum ill

fieri censetur, quandò quis, prædictorum causâ & intuitu, adhibet seriò schedulas, aut verba sive profana, sive sacra, aut preces, aut signum Crucis, aut ritum aliquem seu medium, nullam ex in institutione divina seu ecclesiastica, vel ex naturæ viribus cum effectu intento (etiamsi indè secutus minimè fuerit) connexionem habens: nisi ignorantiâ probabili, aut simplicitate nimiâ, aut jocandi voluntate, à qua nihilominùs hâc in parte diligenter abstinendum est, excusetur.

III. *Hæresis*, quâ quis fidei veritatem & ab Ecclesia ut talem propositam, scripto vel voce non dubitanter, sed ex animo & cum pertinacia impugnat, vel errorem ipsi apertè contrarium asserit. Item *apostasia* seu infidelitas, quâ Christum fidemque Christianam jam susceptam penitùs abnegat: Tandem *societas* cum Hæreticis, quandò quis, cum periculo subversionis in fide, eorum concionibus seu cæremoniis interest.

Reservantur specialiter & hæresis & apostasia & societas prædicta. Insuper apostasia & hæresis quoties aliquo exteriori signo manifestantur, annexam habent ipso facto censuram excommunicationis, quæ Nobis reservata manet; si quis eas publicè profiteri, aut Hereticorum Infideliumve cœtibus, mente tamen perversâ, & approbandi causâ, etiam occultè, interesse ausus fuerit. Eumdem quoque casum simul & censuram Nobis specialiter reservatam ipso facto incurrunt qui libros hæreticos, aliosve ab Ecclesia, aut specialiter in hac Diœcesi sub prædictis pœnâ & reservatione prohibitos legunt vel retinent.

IV. *Sacrilegium*, tùm eorum qui sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum (aliter tamen quàm indignè communicando, aut consecrando, aut ministrando) vel venerandas Sanctorum reliquias aliquâ insigni contumeliâ afficiunt: tùm eorum qui prædicto Sacramento, aut aliis rebus sacris seu benedictis, ad maleficia vel magicam artem impiè abutuntur: tùm eorum qui res prædictas in quolibet loco, vel quaslibet alias (si tamen valoris

sint notabilis, & qui ad peccatum mortale suf
ciat) in loco sacro scienter furantur; tùm deniq
eorum qui sacras Ædes animo furandi aut spolia
di, etiam non secuto effectu, effringunt.

*Reservatur specialiter: at duntaxat in capite, pr
mo, profanationis scilicet sacrosanctæ Eucharisti.*

V. *Simonia occulta in Ordine vel Beneficio*:
tamen completa sit, saltem ex parte alterutrius, q
Beneficium aut pretium partemve pretii tradidi
aut pactam conditionem implevit. *Confidentia* p
riter occulta, licèt merè conventionalis, quâ qu
dat & alter acceptat Beneficium, eâ lege ut titul
condicto tempore cedatur, vel ut dans, seu quil
bet alius, fructus partemve fructuum percipiat.

*Excommunicationem habet ipso facto annexam h
jusmodi Confidentia, quam non habet Simonia, ni
sit realis, & ex utraque parte completa. At utrum
que peccatum reservatur specialiter.*

Contra II. Decalogi præceptum.

VI. *Perjurium coram competenti & legitimo Judi
vel ejus Delegato*, quandò quis, sive in propri
sive in aliena causa ab eo juridicè interrogatus,
præstito de veritate dicenda juramento, scient
falsum affirmat, vel verum negat, vel illud mal
gnâ tergiversatione, aut æquivocatione dissimula
vel tanquam certum asserit id de quo dubitat. Pe
jurium similiter commissum coram Notario publ
co, bona alicujus defuncti vel defunctæ recense
te, seu ut aiunt, Inventarium conficiente.

Contra IV. Decalogi præceptum.

VII. *Parricidium, seu etiam gravis percussio patr
aut matris, ceterorumve ascendentium.* Idem dicen
dum est de gravi, quæ eis facto tamen irrogatur
injuriâ; verbi gratiâ, eos furiosè persequendo
luto sputisve conspergendo, crines evellendo, au
aliâ æquivalenti.

*Reservatur specialiter: at in primo duntaxat ca
pite, morteque secutâ.*

Contra V. Decalogi præceptum.

VIII. *Homicidium voluntarium :* id eſt, ex animi propoſito patratum ; aut etiam caſuale, ex opera tamen data peccato mortali, ex quo illius periculum probabiliter ſecuturum prævideri potuit ac debuit : quod non rarò ebriis & irâ percitis contingit.

IX. *Duellum :* cùm duo vel plures, privatâ auctoritate & condictâ quoad tempus & locum pugnâ, ſecum invicem cum vitæ periculo decertant. Item ad illud provocare, aut oblatum acceptare, aut alicui ſuadere, vel etiam libellum provocationis ſcienter deferre, vel ei, inſtar patroni comitiſve, ad favendum intereſſe, vel denique certaturis auxilium quodlibet præbere, etſi pugna reipsâ non ſecuta fuerit.

Excommunicationem habet ipſo facto annexam, ſed ſolummodò pugnâ ſecutâ : at ſive ſecuta fuerit, ſive non, peccatum reſervatur ſpec. aliter.

X. *Oppreſſio ſeu ſuffocatio parvulorum*, quamvis ex ſola incuria, modò ſit notabilis, qualis vulgò præſumitur in parentibus, nutricibus, &c. quæ infantulos, nondùm annum ſecundum agentes, ſecum in eo lem cubili ad decumbendum collocant.

XI. *Procuratio abortûs, fœtûs etiam inanimati*, modò de induſtria & ex intentione eum cauſandi fiat. Ad hoc pariter conſenſum, conſilium, potiones, pharmaca, medicamenta auxiliumve quodlibet ſcienter præſtare.

XII. *Violenta & injuſta injectio manûs in perſonam Deo, per religioſam profeſſionem aut ſacros Ordines, dicatam, facta vel mandata.* Hujus autem injectionis nomine, non ſolùm percuſſionem gravem intelligimus, ſed etiam læſionem ignominioſam ſeu contumeliam prædictis perſonis, facto tamen irrogatam, ut in caſu VII.

Excommunicationem habet ipſo facto annexam, & quidem reſervatam Summo Pontifici, ſi ſit atrox & enormis, ut dictum eſt caſu III.

Contra VI. Decalogi præceptum.

XIII. *Nefandum & contra naturæ dictamen sce Sodomiæ, sive propriè, sive impropriè dictæ :* in personas scilicet ejusdem vel diversi sexûs, ma tum etiam & uxorem, non modò consummatu sed etiam tentatum eo actu qui per se & proxi ad consummationem tendit. Item & pari mod (quod adhuc gravius est), *crimen bestialitatis.*

XIV. *Concubitus personæ Deo, per solemne stitatis & religionis votum, dicatæ, & vicissim cc plicis ejus, cujuscumque status & conditionis fueri*

XV. *Concubitus, vel etiam tactus per se tan & ex naturâ sua obscœnus, Confessarii cum pœniten* id est, cum persona cujus confessionem sacram talem etiam semel excepit, & vicissim pœniter cum Confessario.

Norint autem Sacerdotes quilibet prædicti cc cubitûs aut tactûs conscii, sibi ipso facto & quo tempore (excepto duntaxat mortis articulo) l præsenti ademptam esse facultatem complic suam vel suum ab iis absolvendi, quamcum anteà obtinuerint, vel postmodùm obtineant reservatis absolvendi potestatem. Insuper ut ab dienda deinceps eorum confessione pro cete quibuslibet peccatis, quantùm in ipsis erit, sem abstineant, salubriter monemus & hortamur.

XVI. *Incestus in primo vel in secundo gradu c sanguinitatis vel affinitatis, sive per licitam sive illicitam copulam contractæ, quoad lineam colla ralem; & in gradu quocumque, quoad lineam ctam.* Quo in casu reus vel rea jus exigendi debit à sua vel suo conjuge ipso facto amittit, do illi per specialem dispensationem restitutum fuer quæ tamen inclusa censebitur in facultate qu dabit Superior absolvendi ab incestu sibi speciali declarato.

Reservatur specialiter, in primo tamen gradu d taxat.

XVII. *Incestus spiritualis*, id est, concubi

nter personas affinitate spirituali conjunctas. Ac 1. quidem inter personam baptizatam & personam baptizantem. 2. Inter patrinum & matrinam ex una parte, & personam baptizatam ex altera. 3. Denique inter baptizantem, patrinum & matrinam ex una parte, & patrem ac matrem personæ baptizatæ ex altera.

XVIII. *Adulterium quodlibet, etiam simplex*, conjugati scilicet vel conjugatæ cum soluto vel soluta; si tamen notorium sit.

XIX. *Concubinatus pariter notorius:* quo nomine intelligitur concubitus frequens & assuetus soluti cum soluta, qui sibi invicem, instar mariti & uxoris, sive in iisdem, sive in diversis ædibus, notoriè adhærent.

XX. *Raptus;* cùm mulier vel puella honestè vivens, sive invita, sive invitis ejus aut patre aut matre, aut marito, aut aliis in quorum potestate est, ad matrimonium contrahendum, vel ad explendam libidinem, abducitur.

Excommunicationem habet ipso facto annexam, si matrimonii intuitu fiat; cui subjiciuntur omnes consilium, auxilium favoremve præstantes: at, in utroque capite, reservatur specialiter.

XXI. *Violatio mulieris aut puellæ*, id est, copula illicita per vim, non autem per promissiones aut blanditias ab iis extorta.

XXII. *Matrimonium contractum scienter, vivente adhuc priori marito vel uxore.*

XXIII. *Matrimonium contractum per verba de præsenti aliter quàm coram Parocho, Vicario aliove Sacerdote ab ipsis vel à Nobis deputato, simul & quatuor testibus.* Item matrimonium per prædicta verba contractum quidem coram Parocho, sed absque illius benedictione quamvis petitâ.

Excommunicationem habet ipso facto annexam & reservatam, in hoc ultimo casu, Statutis Synodalibus anni 1673: at in utroque peccatum reservatur specialiter.

Ad prædictum caput referri possunt, tanquàm libidinis incentiva.

XXIV. *Ebrietas Clerici in sacris ordinibus vel beneficiis constituti* : si tamen Clericus ex nimia & immoderata potatione fiat rationis impos.

XXV. *Usus carnium aut etiam juris è carnibus expressi* ; quibus, absque necessitate, diebus ab Ecclesia prohibitis, quis vescitur. Antiquam autem & à sacris Canonibus præscriptam praxim adeundi Superiores, etiam in prædicto necessitatis casu, & licentiam ab iis petendi, accuratè servari præcipimus.

XXVI. *Ingressus absque licentia nostra personarum extranearum cujuscumque sexûs intra septa Monialium, vel feminarum intra septa Monachorum*, etsi pars aliqua septorum vetustate aut aliter diruta jaceat.

Excommunicationem habet ipso facto annexam quoad septa Monialium duntaxat : at, in utroque casu, peccatum reservatur specialiter.

Contra VII. Decalogi præceptum.

XXVII. *Incendium domûs seu areæ alienæ, etiam occultum*, quamvis solummodò mandatum aut tentatum, animo scilicet nocendi.

Reservatur specialiter.

XXVIII. *Usura realis*, id est, exactio lucri ex mutuo ultra sortem creditam, sive in pecunia, sive in frugibus, sive in quibuslibet rebus aliis pretio æstimabilibus, solutione vel in toto vel in parte secutâ ; si tamen usura notoria sit.

XXIX. *Exactio vini seu pecuniæ, occasione sponsaliorum aut matrimonii*, non importunis precibus, sed per vim, aut minas, aut detentionem sponsi vel sponsæ, extorti ; si tamen solutio in toto vel in parte secuta fuerit.

Reservatur specialiter.

Excommunicationem habet ipso facto annexam Statutis Synodalibus anni 1673, ob innumera quæ ex ea sequi solent, videlicet ebrietates, rixæ, homicidia, &c. Peccatum etiam reservatur specialiter.

ADMONITIONES.

I. Nullum peccatum reservatur nisi sit mortale.

Nullum etiam reservatur, quandò solâ cogitatione admissum est, vel quandò à pueris committitur ante annum decimum quartum, aut à puellis ante annum duodecimum.

II. Nullum peccatum, nullaque censura in articulo mortis reservatur: si verò æger convalescat, debet pro censuris adire Superiorem.

III. Nullus Sacerdos hæreticum publicum absolvat, nisi de licentiâ DD. Episcopi, eâque scripto expresſâ.

FORMA ABSOLUTIONIS,

Cum precibus, ante & post eam, à Sacerdote dicendis.

Misereátur tuî omnípotens Deus; & , dimissis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam æternam.

Indulgéntiam, absolutiónem † & remissiónem peccatórum tuórum tríbuat tibi omnípotens & miséricors Dóminus.

Amen.

Dóminus noster Jesus Christus, qui est summus Póntifex, per suam piissimam misericórdiam te absolvat; & ego, auctoritáte ipsíus, mihi licèt indigníssimo concessâ, absolvo te imprímis à vínculo excommunicatiónis, (*si pœnitens sit Clericus, additur,* suspensiónis) & interdicti, in quantum possum & índiges. Deindè ego te absolvo ab ómnibus peccátis tuis, in nómine Patris †, & Filii, & Spíritûs sancti.

Amen.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi, mérita beátæ Maríæ Vírginis & ómnium Sanctórum, suffrágia sanctæ Matris Ecclésiæ, & quidquid boni féceris, & mali sustinúeris, válcant tibi in remissiónem peccatórum tuórum, in augmentum grátiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

TABULA TEMPORARIA

Ann. Domin.	Aureus Num.	Epactæ.	Indictio.	Litt. Domin.	Dom. post Epip.	Septuagesima.	Dies Ci nerum.
1774	8	xvij	7	b	3	30 Jan.	16 Febr.
1775	9	xxviij	8	A	5	12 Febr.	1 Mart.
1776	10	ix	9	g f	4	4 Febr.	21 Febr.
1777	11	xx	10	e	2	26 Jan.	12 Febr.
1778	12	j	11	d	5	15 Febr.	4 Marr
1779	13	xij	12	c	3	31 Jan.	17 Febr.
1780	14	xxiij	13	b A	2	23 Jan.	9 Febr.
1781	15	iv	14	g	5	11 Febr.	28 Febr.
1782	16	xv	15	f	2	27 Jan.	13 Febr.
1783	17	xxvj	1	e	5	16 Febr.	5 Marr
1784	18	vij	2	d c	4	8 Febr.	25 Febr.
1785	19	xviij	3	b	2	23 Jan.	9 Febr.
1786	1	*	4	A	5	12 Febr.	1 Mart
1787	2	xj	5	g	4	4 Febr.	21 Febr.
1788	3	xxij	6	f e	1	20 Jan.	6 Febr.
1789	4	iij	7	d	4	8 Febr.	25 Febr.
1790	5	xiv	8	c	3	31 Jan.	17 Febr.
1791	6	xxv	9	b	6	20 Febr.	9 Mart.
1792	7	vj	10	A g	4	5 Febr.	22 Febr.
1793	8	xvij	11	f	2	27 Jan.	13 Febr.
1794	9	xxviij	12	e	5	16 Febr.	5 Mart
1795	10	ix	13	d	3	1 Febr.	18 Febr.
1796	11	xx	14	c b	2	24 Jan.	10 Febr.
1797	12	j	15	A	5	12 Febr.	1 Mart
1798	13	xij	1	g	4	4 Febr.	12 Febr.
1799	14	xxiij	2	f	1	20 Jan.	6 Febr.
1800	15	iv	3	e	4	9 Febr.	26 Febr.
1801	16	xv	4	d	3	1 Febr	18 Febr.
1802	17	xxvj	5	c	5	14 Febr.	3 Marr
1803	18	vij	6	b	4	6 Febr.	23 Febr.
1804	19	xviij	7	A g	3	29 Jan.	15 Febr.
1805	1	*	8	f	4	10 Febr.	27 Febr.
1806	2	xj	9	e	3	2 Febr.	19 Febr.
1807	3	xxij	10	d	2	25 Jan.	11 Febr.
1808	4	iij	11	c b	5	14 Febr.	2 Marr
1809	5	xiv	12	A	3	29 Jan.	15 Febr.
1810	6	xxv	13	g	6	18 Febr.	7 Marr
1811	7	vj	14	f	4	10 Febr.	27 Febr.
1812	8	xvij	15	e d	2	26 Jan.	12 Febr.
1813	9	xxviij	1	c	5	14 Febr.	3 Marr

April.	[illegible] Maii	[illegible] Maii	[illegible] Junii	[illegible]	1 Dec.
Mart.	8 Maii	18 Maii	29 Maii	27	30 Nov.
April.	28 Maii	7 Junii	18 Junii	24	29 Nov.
April.	13 Maii	23 Maii	3 Junii	26	28 Nov.
Qui licèt Deus sit & homo, * non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversióne divinitátis in carnem, * sed assumptióne humanitátis in Deum.

Unus omnínò non confusióne substántiæ, * sed unitáte persónæ.

Nam sicut ánima rationális & caro unus est homo, * ita Deus & homo unus est Christus.

Qui passus est pro salúte nostra, descendit ad ínferos; * tértiâ die resurrexit à mórtuis.

Ascendit ad cœlos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis; * inde ventúrus est judicáre vivos & mórtuos.

Ad cujus advéntum omnes hómines resúrgere habent cum corpóribus suis; * & redditúri sunt de factis própriis ratiónem.

Et qui bona egérunt

tam æternam;*
nalia, in ignem

t fides cathóli-
um nisi quisque
firmitérque cre-
salvus esse non

Patri.
eus meus es tu,
ibor tibi; Deus
:u, & exaltábo

m. *I. Tim.* 1.
seculórum im-
áli, invisíbili,
, honor & gló-
cula seculórum.

o grátias.
ve, Christe Fili
, * Miserére no-
Qui sedes ad déx-
atris, [*hic Ver-*
idoquè mutandus
notatur in propriis
* Miserére nobis.
Patri, & Fílio,
ui sancto. *Repe-*
Christe Fili Dei
miserére nobis.
16. *Tob.* 8. *Hebr.*

surge, Dómine,
nos; ℟. Et rédime
pter nomen tuum

ominus vobíscum;
um spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos perveníre fecisti, tuâ nos hódie salva virtúte; ut ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciendam nostra procédant elóquia, dirigantur cogitatiónes & ópera; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti, Deus, per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

AD OFFIC. CAPITULI.

Primò legitur Martyrologium, in cujus fine respondetur Deo grátias: *& statìm Hebdomadarius dicit altâ voce:*

℣. Pretiósa in conspectu Dómini, ℟. Mors Sanctórum ejus. *Ps.* 115.

Et absolutè sine Dóminus vobíscum, *& sine* Orémus.

Sancta María & omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum, ut nos mereámur ab eo adjuvári & salvári, qui vivit

& regnat in sécula seculórum. ℟. Amen.

Postea dicitur, ℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína. *Ps.* 69.

℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína.

℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína.

Deinde Glória Patri, &c. Sicut erat, &c.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. *Tum secretò,* Pater noster. *Altâ voce,* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réspice in servos tuos, Dómine, & in ópera tua; & dírige fílios eorum; ℟. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, & ópera mánuum nostrárum dírige super nos, & opus mánuum nostrárum dírige. *Ps.* 89.

℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat.

Orémus.

Dirígere & sanctificáre, régere & gubernáre dignáre, Dómine Deus Rex cœli & terræ, hódie corda & córpora

nostra, sensus, serm
& actus nostros, in
tua, & in opéribus
datórum tuórum; u
& in æternum, te
liante, salvi & líbe
mereámur, Salvátor
di; Qui vivis & r
in sécula secul
℟. Amen.

Lector, versus ad
brantem, petit bene
nem, dicens : J
Domne, benedícer

Benedictio : Bonit
& disciplínam, &
tiam dóceat nos I
nus. *Psal.* 118.

℟. Amen.

Tum fit lectio C
(qui, pro singulis d
habetur ad calcem
cujus fine dicitur : T
tem, Dómine, mi
nostrî. *Chorus resp*
Deo grátias.

Absoluto Canone,
domadarius dicit : ℣
jutórium nostrum i
mine Dómini : ℟
fecit cœlum & te
Ps. 123.

Submissiori voce
Benedícite. ℟. Dei

Hebdom. Deus
aptet nos in omni b
ut faciámus ejus v
tátem : fáciens in
quod pláceat coram
per Jesum Christu

a sécula secu-
℟. 13.
1.
nlibet Horam,
sequitur Offi-
r secretò : Fi-
iæ, &c. Dein-
ster.
RTIAM.
tur ab Officio
, dicitur se-
: & Ave; &
is Horas.
jutórium, &c.
mnus.
amóris, Spí-
tus;
nen méntium,
sus íntimis
ammas córdi-

itátis vínculo
nectis Fílium,
ris mútui
jungant vín-
i.
ıne tu Verbi
er,
i par Patri,
que Spíritus,
nni témpore.
ien.
Misericórdiâ.
Psalmo 118.
pone mihi,
ne, viam ju-
um tuátum; *
m eam semper.
intelléctum, &
legem tuam; *

& custódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandatórum tuórum; * quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimónia tua, * & non in avarítiam.

Averte óculos meos, ne vídeant vanitátem: * in via tua vivífica me.

Státue servo tuo elóquium tuum, * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum quod suspicátus sum, * quia judícia tua jucunda.

Ecce concupívi mandáta tua: * in æquitáte tua vivífica me.

Et véniat super me misericórdia tua, Dómine; * salutáre tuum secundùm elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum; * quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque; * quia in judíciis tuis supersperávi.

Et custódiam legem tuam semper, * in séculum & in séculum séculi.

Et ambulábam in latitúdine; * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar de testi-

Ant. 2. D. Fac cum servo tuo.

Ex Psalmo 118.

Defécit in salutáre tuum ánima mea, * & in verbum tuum supersperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicentes: Quando consoláberis me?

Quia factus sum sicut uter in pruína, * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui? * quando fácies de persequéntibus me judícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes, * sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas: * iníquè persecúti sunt me, ádjuva me.

Paulò minùs consummavérunt me in terra; * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secundùm misericórdiam tuam vivífica me, * & custódiam testimónia oris tui.

In æternum, Dómine, * verbum tuum pérmanet in cœlo.

In generatiónem & generatiónem véritas tua: * fundasti terram, & pérmanet.

Ordinatióne tuâ persevérat dies, * quóniam ómnia sérviunt tibi.

Nisi quòd lex tua meditátio mea est, * tunc fortè periissem in humilitáte mea.

In æternum non oblivíscar justificatiónes tuas, * quia in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, salvum me fac; * quóniam justificatiónes tuas exquisívi.

Me expectavérunt peccatóres ut pérderent me: * testimónia tua intellexi.

Omnis consummatiónis vidi finem: * latum mandátum tuum nimis.

Divisio Psalmi 118.

Quómodò dilexi legem tuam, Dómine! * totâ die meditátio mea est.

Super inimícos meos prudentem me fecisti mandáto tuo, * quia in æternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi, * quia testimónia tua meditátio mea est.

Super senes intellexi, * quia mandáta tua quæsívi.

Ab omni via mala pro-

des meos, * ut
n verba tua.
ciis tuis non de-
* quia tu legem
mihi.
dúlcia fáucibus
quia tua! * su-
ori meo.
idátis tuis intel-
proptéreà odívi
viam iniquitátis.
ia pédibus meis
uum, * & lumen
ieis.
, & ftátui * cu-
judícia juftítiæ

liátus fum ufque-
. Dómine; * vi-
e fecundùm ver-
im.
itária oris mei
ita fac, Dómi-
judícia tua doce

ı mea in mánibus
ıper, * & legem
n fum oblítus.
unt peccatóres
mihi, * & de
s tuis non er-

litáte acquisívi
ia tua in æter-
quia exultátio
iei funt.
ávi cor meum ad
s juftificatiónes
ternum, * propter
ónem.

Altera divifio Pfalmi 118.

INíquos ódio hábui, * & legem tuam dilexi.

Adjútor & fufceptor meus es tu, * & in verbum tuum fuperfperávi.

Declináte à me, maligni; * & fcrutábor mandáta Dei mei.

Súfcipe me fecundùm elóquium tuum, & vivam, * & non confundas me ab expectatióne mea.

Adjuva me, & falvus ero, * & meditábor in juftificatiónibus tuis femper.

Spreviſti omnes difcedentes à judíciis tuis; * quia injufta cogitátio eórum.

Prævaricantes reputávi omnes peccatóres terræ; * ídeò dilexi teftimónia tua.

Confíge timóre tuo carnes meas; * à judíciis enim tuis tímui.

Feci judícium & juftítiam, * non tradas me calumniántibus me.

Súfcipe fervum tuum in bonum; * non calumnientur me fuperbi.

Oculi mei defecérunt in falutáre tuum, * & in elóquium juftítiæ tuæ.

Fac cum fervo tuo fecundùm mifericórdiam

tuam; * & justificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego; * da mihi intelléctum ut sciam testimónia tua.

Tempus faciendi, Dómine: * dissipavérunt legem tuam.

Ideò diléxi mandáta tua * super aurum & topázion.

Proptéreà ad ómnia mandáta tua dirigébar: * omnem viam iníquam ódio hábui.

Ant. Fac cum servo tuo secundùm misericórdiam tuam, Dómine.

Capitulum. I. Paral. 29.

Tua est, Dómine, magnificéntia & poténtia; tua est glória: tu domináris ómnium; in manu tua magnitúdo & impérium ómnium.

℟. *brev.* Dómine Deus meus, * Magnificátus es veheménter. ℣. Confessiónem & decórem induísti. * Magnificátus es veheménter. Glória Patri. ℟. Dómine Deus. *Ps.* 103.

℣. Afferte Dómino glóriam & honórem; ℟. Afferte Dómino glóriam nómini ejus. *Ps.* 95.

Oratio conveniens.

AD NONAM.

Deus, in adjutórium, &c.

Hymnus.

RECÉDIT inclínans dies;
Sic vita præceps lábitur:
Sanctus supernam júgiter
Suspíret ardor pátriam.

DA, Christe, da tandem tuos
Cœli quiéte pérfrui:
Fac, lucis usúræ brevi
Ætérna succédat dies.

¶ ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

Ant. 4. E. Appropinquet.

Ex Psalmo 118.

Mirabília testimónia tua; * ídeò scrutáta est ea ánima mea.

Declarátio sermónum tuórum illúminat, * & intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui, & attraxi spíritum; * quia mandáta tua desiderábam.

Aspice in me, & miserére meî, * secundùm judícium diligéntium nomen tuum.

Gressus meos dírige secundùm elóquium tuum; * & non dominétur meî omnis injustítia.

Rédime me à calúmniis hóminum, * ut custódiam mandáta tua.

Faciem tuam illúmina super servum tuum, * & doce me justificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei; * quia non custodiérunt legem tuam.

Justus es, Dómine, * & rectum judícium tuum.

Mandasti justítiam testimónia tua, * & veritátem tuam nimis.

Tabéscere me fecit zelus meus, * quia oblíti sunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum vehementer; * & servus tuus diléxit illud.

Adolescéntulus sum ego & contemptus: * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Justítia tua justítia in ætérnum; * & lex tua véritas.

Tribulátio & angústia invenérunt me: * mandáta tua meditátio mea est.

Æquitas testimónia tua in ætérnum; * intelléctum da mihi, * & vivam.

Divisio Psalmi 118.

Clamávi in toto corde meo, exaudi me, Dómine; * justificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te; salvum me fac, * ut custodiam mandáta tua.

Prævéni in maturitáte, & clamávi; * quia in verba tua supersperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo, * ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi secúndùm misericórdiam tuam, Dómine; * & secúndùm judícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt persequentes me iniquitáti; * à lege autem tua longè facti sunt.

Propè es tu, Dómine; * & omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de testimóniis tuis; * quia in ætérnum fundasti ea.

Vide humilitátem meam, & éripe me; * quia legem tuam non sum oblítus.

Júdica judícium meum, & rédime me: * propter elóquium tuum vivífica me.

Longè à peccatóribus salus; * quia justificatiónes tuas non exquisiérunt.

Misericórdiæ tuæ, multæ, Dómine; * secundùm judícium tuum vivífica me.

Multi qui persequuntur me, & tribulant me; * à

teſtimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricantes, & tabeſcébam; * quia elóquia tua non cuſtodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi, Dómine: * in miſericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum véritas: * in ætérnum ómnia judícia juſtítiæ tuæ.

Altera diviſio Pſalmi 118.

Príncipes perſecúti ſunt me gratìs; * & à verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego ſuper elóquia tua, * ſicut qui invénit ſpólia multa.

Iniquitátem ódio hábui & abominátus ſum; * legem autem tuam diléxi.

Séptiès in die laudem dixi tibi * ſuper judícia juſtítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam, * & non eſt illis ſcándalum.

Expectábam ſalutáre tuum, Dómine; * & mandáta tua diléxi.

Cuſtodívit ánima mea teſtimónia tua, * & diléxit ea veheménter.

Servávi mandáta tua & teſtimónia tua, * quia omnes viæ meæ ſpectu tuo.

Appropinquet cátio mea in c tuo, Dómine: elóquium tuum intelléctum.

Intret poſtulá in conſpectu tu cundùm elóquiu éripe me.

Eructábunt l hymnum, * cùm me juſtificatión

Pronuntiábit li elóquium tuum ómnia mandáta tas.

Fiat manus t vet me, * quóni dáta tua elégi.

Concupívi tuum, Dómine tua, meditátio n

Vivet ánima laudábit te; * tua adjuvábunt

Errávi ſicut périit: * quær tuum, quia ma non ſum oblít

Ant. Appropi precátio mea in tuo, Dómine.

Capitulum. A

Sedenti in th Agno, ben & honor, & g poteſtas in ſæc lórum.

tuis : * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas ; * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrente in via bibet ; * proptéreà exaltábit caput.

Ant. Dixit Dóminus Dómino meo : Sede à dextris meis.

Ant. 4. d. Fidélia.

Psalmus 110.

Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, * in concílio justórum & congregatióne.

Magna ópera Dómini : * exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Conféssio & magnificéntia opus ejus ; * & justítia ejus manet in séculum séculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum miséricors & miserátor Dóminus : * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in séculum testamenti sui : * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo ;

Ut det illis hæreditátem géntium ; * ópera mánuum ejus véritas & judícium.

Fidélia ómnia mandáta

ejus, confirmáta in séculum séculi, * facta in veritáte & æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo : * mandávit in æternum testamentum suum.

Sanctum & terríbile nomen ejus : * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in séculum séculi.

Ant. Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in séculum séculi.

Ant. 1. f. Qui timet Dóminum.

Psalmus 111.

Beátus vir qui timet Dóminum; * in mandátis ejus volet nimìs.

Potens in terra erit semen ejus, * generátio rectórum benedicétur.

Glória & divítiæ in domo ejus, * & justítia ejus manet in séculum séculi.

Exortum est in ténebris lumen rectis : * miséricors, & miserátor, & justus.

Jucundus homo qui miserétur & cómmodat : dispónet sermónes suos in judício; * quia in æternum non commovébitur.

In memória ætérna erit

justus : * ab a
mala non timéb

Parátum cor
ráre in Dómino
mátum est cor
non commovébi
nec despíciat
suos.

Dispersit, ded
ribus : justítia ej
in séculum sécul
ejus exaltábitur
Peccátor vidé
scétur; déntibu
met & tabéscet :
rium peccatórun

Ant. Qui tim
num, in mand
volet nimìs.

Ant. 7. ç. S
Dómini.

Psalmus 1

Laudáte, púer
num : * lau
men Dómini.

Sit nomen D
nedíctum, * ex 1
& usque in sécu

A solis ortu
occásum, * laud
men Dómini.

Excelsus sup
gentes Dóminus
per cœlos glóri

Quis sicut
Deus noster qu
hábitat, * &
réspicit in cœl
terra ?

us à terra ino-
& de stércore
húperem,
locet eum cum
is, * cum prin-
ópuli sui.
bitáre facit sté-
omo, * matrem
lætantem.
nomen Dómini
m, ex hoc nunc,
n séculum.
. A. Nos qui

lmus 113.

Israël de Ægy-
domus Jacob
bárbaro;
t Judæa sancti-
is, * Israël po-
s.
idit & fugit: *
onversus est re-

exultavérunt ut
& colles sicut
m.
st tibi, mare,
sti; * & tu Jor-
tia conversus es
?
, exultastis sicut
& colles, sicut
m?
: Dómini mota
* à fácie Dei

nvertit petram
aquárum, *

& rupem in fontes aquá-
rum.

Non nobis, Dómine, non nobis, * sed nómini tuo da glóriam,

Super misericórdia tua & veritáte tua; * nequandò dicant gentes: Ubi est Deus eórum?

Deus autem noster in cœlo: * ómnia quæcumque vóluit, fecit.

Simulácra géntium argentum & aurum, * ópera mánuum hóminum:

Os habent, & non loquentur; * óculos habent, & non vidébunt:

Aures habent, & non áudient; * nares habent, & non odorábunt:

Manus habent, & non palpábunt; pedes habent, & non ambulábunt; * non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes qui confídunt in eis.

Domus Israël sperávit in Dómino: * adjútor eórum & protector eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino: * adjútor eórum & protector eórum est.

Qui timent Dóminum, *speravérunt* in Dómino; * adjútor eórum & protector eórum est.

Dóminus memor fuit noſtrî, * & benedixit nobis.

Benedixit dómui Iſraël, * benedixit dómui Aaron.

Benedixit ómnibus qui timent Dóminum, * puſillis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus ſuper vos, * ſuper vos & ſuper fílios veſtros.

Benedicti vos à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Cœlum cœli Dómino: * terram autem dedit fíliis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómine, * neque omnes qui deſcendunt in infernum:

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

Ant. Nos qui vívimus, benedícimus Dómino.

Capitulum. Epheſ. 1.

Benedictus Deus, & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictióne ſpirituáli in cœléſtibus in Chriſto, ſicut elégit nos in ipſo ante mundi conſtitutiónem, ut eſſémus ſancti & immaculáti in conſpectu ejus in caritáte.

Hyr

Lucis Cr
Ter ſanć
Deus
Qui purus, i
Fons ſanctitá
Nos qui
ſumus,
Nos, ô Pat
minis
Imáginem t
Quàm pura
cet!
Tu ſemp
tibus
Teſtis vigil
Scrutans rec
Arcána præ
Nostra
Cóndi
Mentes ſubi
Omnémque
nis
Accenſa mu
Sic dig
tuos
Mens ferre,
ſtibus
Vinclis ſolú
Tuo quieſc
Æteri
Pater.
Æterne Fili
Et par utrí
Laudéris or
Amen
℣. Excel
nes gentes I
ſuper cœlo
Pſ. 112.

[illegible]gnificat. *Anti-* *[illegible] Proprio.*
[illegible] B. M. V.
[illegible]uc. 1.
[illegible]ficat * ánima [illegible] Dóminum, [illegible]ultávit spíritus [illegible] in Deo salutári
[illegible]espexit humilitá- [illegible]llæ suæ : * ecce [illegible] hoc beátam me [illegible]mnes generatió-
[illegible]ecit mihi magna [illegible]s est ; * & san- [illegible]men ejus:
[illegible]ericórdia ejus à [illegible] in progénies * [illegible]us eum.
[illegible]otentiam in brá- [illegible] : * dispérsit su- [illegible]ente cordis sui.
[illegible]uit poténtes de [illegible] & exaltávit hú-
[illegible]ntes implévit bo- [illegible]& dívites dimísit
[illegible]it Israël púerum [illegible] recordátus mi- [illegible]iæ suæ ;
[illegible]ocútus est ad pa- [illegible]ros, * Abraham [illegible]i ejus in sécula.
[illegible]le dicitur Anti- [illegible] Oratio conve-

Posteà, si qua occurrit Commemoratio, fit hoc loco, ut dictum est suprà in fine Laudum, pag. 57.

Si Completorium non sequitur, submissâ voce dicitur Fidélium ánimæ, &c. *denique* Pater.

AD COMPLETORIUM.

Pater, Ave. *secretò.*

Converte nos, Deus salutáris noster ; ℟. Et averte iram tuam à nobis. *Ps.* 84.

Deus, in adjutórium, &c.

Ant. 8. g. In pace. *nisi aliter notetur.*

Psalmus 4.

Cùm invocárem, exaudívit me Deus justítiæ meæ : * in tribulatióne dilatásti mihi.

Miserére meî, * & exaudi oratiónem meam.

Filii hóminum, úsquequò gravi corde ? * ut quid dilígitis vanitátem, & quæritis mendácium ?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus Sanctum suum : * Dóminus exáudiet me, cùm clamávero ad eum.

Irascímini, & nolíte peccáre : * quæ dícitis in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrifícium

justítiæ, & speráte in Dómino: * multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultûs tui, Dómine: * dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini & ólei sui * multiplicáti sunt.

In pace in idipsum * dórmiam & requiescam.

Quóniam tu, Dómine, singuláriter in spe * constituísti me.

Psalmus 90.

Qui hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cœli commorábitur.

Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu, & refúgium meum: * Deus meus, sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * & à verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi; * & sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus: * non timébis à timóre noctúrno,

A sagitta volante in die, à negótio perambulante in ténebris, * ab incursu & dæmónio meridiáno.

Cadent à látere tuo

mille, & decem
dextris tuis;
autem non app
bit.

Verúmtamen
considerábis, *
butiónem pecca
débis.

Quóniam, T
mine, spes m
tíssimum posu
gium tuum.

Non accédet
lum; * & flag
appropinquábit
culo tuo.

Quóniam A
mandávit de
custódiant te i
viis tuis.

In mánibus
te, * ne forte o
lápidem peden

Super áspide
liscum ambulá
conculcábis l
dracónem.

Quóniam in
rávit, liberáb
prótegam eu
niam cognóv
meum.

Clamábit ad
exaúdiam eum
ipso sum in tri
erípiam eum,
cábo eum.

Longitúdine
replébo eum,
dam illi salutá

Psalmus 133.

Ecce nunc benedícite Dóminum, * omnes servi Dómini ;

Qui statis in domo Dómini, * in átriis domûs Dei nostri.

In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, * & benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cœlum & terram.

Ant. In pace in idipsum dórmiam & requiéscam.

Hymnus.

Deus Creátor ómnium,
Grates perácto jam die,
Et noctis exortu preces
Suppléxi tibi persólvimus.

Quod longa peccávit dies
Nocturnus éxpiet dolor ;
Nec per sopórem nos sinas
Hostis patére fraúdibus.

Infestus usque círcuit,
Quærens leo quem dévoret ;
Imbrántibus tuos, Pater
latos sub alis prótege.

O quando lucescet tuus
ui nescit occásum dies !
quando te perénniter
ábimus, laudábimus !

Æterni tu Verbi Pater,
terne Fili par Patri,
ar utríque Spíritus,
leris omni témpore.
Amen.

Capitulum. I. Thess. 5.

Omnes vos fílii lucis estis, & fílii diéi. Non sumus noctis neque tenebrárum : ígitur non dormiámus sicut & céteri ; sed vigilémus, & sóbrii simus.

℟. *br.* In manus tuas, Dómine, * Commendo spíritum meum. ℟. Redemísti me, Dómine Deus veritátis. * Commendo spíritum meum. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto. ℟. In manus tuas, Dómine, * Commendo spíritum meum. *Ps.* 30.

℣. Custódi me, Dómine, ut pupillam óculi ; ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege me. *Ps.* 16.

Ad Nunc dimittis, *nisi aliter notetur in Proprio,*

Ant. 3. c. Salva nos.

Canticum Simeonis. Luc. 2.

Nunc dimittis servum tuum, Dómine, * secundùm verbum tuum in pace ;

Quia vidérunt óculi me i* salutáre tuum,

Quod parasti * ante fáciem ómnium populórum ;

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Israël.

Ant. Salva nos, Dómine, vigilantes ; custódi

nos dormientes; ut vigilémus cum Christo, & requiescámus in pace.

℣. Dóminus vobiscum; ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

Vísita, quæsumus, Dómine, habitatiónem nostram, & omnes insídias inimíci ab ea longè repelle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant; & benedíctio tua sit super nos semper; Per Dóminum nostrum, &c.

℣. Dóminus vobiscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Deinde submissiori voce dicitur: Grátia Dómini nostri Jesu Christi, & cáritas Dei, & communicátio sancti Spíritûs sit cum ómnibus nobis. II. *Cor.* 13. ℟. Amen.

Fidélium ánimæ, &c.

Posteà dicitur Antiphona de Beata Maria Virgine, cum ℣. & Orat. ut habetur ad calcem Psalterii.

Finitâ Oratione, dicitur ℣. Divínum auxílium máneat semper nobiscum. ℟. Amen.

Deinde secretò, Pater, Ave, Credo.

FERIA SECUNDA
AD LAUDES.

Deus, in adjutórium...

Ant. 5. a. Fecit terram

Psalmus 18.

Cœli enarrant glóriam Dei, * & ópera manuum ejus annúntiat firmamentum.

Dies diéi eructat verbum, * & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiantur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum; * & ipse tanquam sponsus procedens de thálamo suo.

Exultávit ut gigas ad currendam viam; * à summo cœlo egréssio ejus,

Et occursus ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscondat à calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convertens ánimas: * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justítiæ Dómini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in séculum...

judícia Dómini
justificáta in se-
l.
lerabília super au-
lápidem pretió-
ultùm, * & dul-
uper mel & favum.
im servus tuus cu-
ea ; * in custo-
; illis retribútio
.
a quis intélligit ? *
ultis meis munda
c ab aliénis parce
uo.
eî non fúerint do-
,tunc immaculátus
& emundábor à
máximo.
unt ut compláceant
i oris mei; * & me-
cordis mei in con-
tuo semper.
ne,adjútor meus *
emptor meus.
Psalmus 135.
fitémini Dómino,
:óniam bonus, *
m in æternum mi-
dia ejus.
fitémini Deo deó-
quóniam in æter-
isericórdia ejus.
fitémini Dómino
ıórum; * quóniam
rnum misericórdia

facit mirabília
a solus; * quóniam
rnum misericórdia

Qui fecit cœlos in intelléctu; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui firmávit terram super aquas; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui fecit luminária magna; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Solem in potestátem diéi; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Lunam & stellas in potestátem noctis; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Divisio Psalmi 135.

[Confitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.]

Qui percússit Ægyptum cum primogénitis eórum; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui edúxit Israël de médio eórum; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

In manu poténti & bráchio excélso, * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui divísit mare rubrum in divisiónes; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et edúxit Israël per médium ejus; * quóniam

in æternum misericórdia ejus.

Et excussit Pharaónem & virtútem ejus in mari rubro; * quóniam in ætenum misericórdia ejus.

Qui traduxit pópulum suum per desertum; * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Qui percussit reges magnos; * quóniam in ætetnum misericórdia ejus.

Et occídit reges fortes; * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Sehon regem Amorrhæórum;* quóniam in æternum misericórdia ejus.

Et Og regem Basan; * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Et dedit terram eórum hæreditátem; * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Hæreditátem Israël servo suo; * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Quia in humilitáte nostra memor fuit nostri; * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Et redémit nos ab inimícis nostris; * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Qui dat escam omni carni; *quóniam in æternum misericórdia ejus.

Confitémini Deo cœli; * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum, * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Canticum Annæ. I. Reg. 2.

Exultávit cor meum in Dómino, * & exaltátum est cornu meum in Deo meo.

Dilatátum est os meum super inimícos meos; * quia lætáta sum in salutári tuo.

Non est sanctus ut est Dóminus; neque enim est álius extra te, * & non est fortis sicut Deus noster.

Nolíte multiplicáre loqui sublímia, * gloriantes.

Recédant vétera de ore vestro; * quia Deus sciéntiárum Dóminus est, & ipsi præparantur cogitatiónes.

Arcus fórtium superátus est, * & infirmi accincti sunt róbore.

Repléti priùs, pro pánibus se locavérunt, * & famélici saturáti sunt;

Donec stérilis péperit plúrimos, * & quæ multos habébat fílios, infirmáta est.

Dóminus mortíficat, & vivíficat; * dedúcit ad ínferos, & redúcit.

Dóminus paúperem facit, & ditat; * humíliat, & súblevat.

Súſcitat de púlvere egé-m, * & de ſtércore éle-t paúperem ;

Ut ſédeat cum princí-bus, * & ſólium glóriæ neat.

Dómini enim ſunt cár-nes terræ, * & póſuit per eos orbem.

edes ſanctórum ſuórum vábit, & ímpii in téne-is conticeſcent ; * quia n in fortitúdine ſua ro-rábitur vir.

Dóminum formidábunt verſárii ejus, * & ſuper ſos in cœlis tonábit.

Dóminus judicábit fines rræ, * & dabit impé-m regi ſuo, & ſubli-ábit cornu Chriſti ſui.

Pſalmus 148.

audáte Dóminum, de cœlis, * laudáte eum excelſis.

Laudáte eum, omnes ngeli ejus ; * laudáte m, omnes virtútes ejus.

Laudáte eum, ſol & lu-; * laudáte eum, omnes llæ & lumen.

Laudáte eum, cœli cœ-rum ; * & aquæ omnes æ ſuper cœlos ſunt, udent nomen Dómini.

Quia ipſe dixit, & facta nt : * ipſe mandávit, & eáta ſunt.

Státuit ea in æternum, in ſǽculum ſǽculi : * præceptum póſuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum, de terra, * dracónes, & omnes abyſſi ;

Ignis, grando, nix, glácies, ſpíritus procel-lárum, * quæ fáciunt verbum ejus ;

Montes, & omnes col-les ; * ligna fructífera, & omnes cedri ;

Béſtiæ, & univerſa pé-cora ; * ſerpentes, & vó-lucres pennátæ.

Reges terræ, & omnes pópuli ; * príncipes, & omnes júdices terræ ;

Júvenes & vírgines, ſe-nes cum junióribus, lau-dent nomen Dómini ; * quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus.

Conféſſio ejus ſuper cœlum & terram ; * & exaltávit cornu pópuli ſui.

Hymnus ómnibus ſan-ctis ejus, * fíliis Iſraël, pópulo appropinquanti ſibi.

Ant. Fecit terram in fortitúdine ſua ; præpa-rávit orbem in ſapiéntia ſua. *Jerem.* 51.

Capitulum. Rom. 1.

Inviſibília Dei à creatú-ra mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta con-ſpiciuntur ; ſempiterna

[redacted]

quoque ejus virtus & divinitas.

Hymnus.

Deo loquente, prótinùs
Cedunt tenébræ, fit dies;
Et spléndidæ cœlo faces
Noctem diémque dívidunt.

Stat terra: currunt flúmina,
Quæ fundit immensum mare:
Velantur astra núbibus,
Subsistit unda pénsilis.

Herbæ virentis tégmine
Vestíta tellus píngitur:
Lætis onustæ frúctibus
Passìm renídent árbores.

Leves in imo gúrgite
Repentè pisces ínnatant:
Feruntur ad cœlos aves;
Vagantur in silvis feræ.

Homo creátus náscitur,
Spirans imágo núminis:
Terrestre córporis lutum
Cœlestis afflat spíritus.

O Numen! ô mundi Pater!
Volendo quid non éfficis?
Tuæ, Deus, poténtiæ
Mundum creáre ludus est.

Orbem potenter qui creas,
Tibi, Pater, cum Fílio,
Almo simul cum Spíritu,
Sit summa laus in sécula.
Amen.

℣. Deus noster in cælo;

℟. Omnia q
vóluit, fecit.

Ad Bened.
Dignus es, Dó
noster, accíper
quia tu creasti
propter volunt
creáta sunt. *A*

Preces & Su
dicantur, hab
ad calcem Psa

Oratio, qua
non assignatur
Dominica præ
sic in aliis Feri

AD PRI

Pater, Ave
Deus, in ad
Hymnus, Jar
sídere, *ad cal*
rii; & sic in
Ant. 8. g. Cr

Psalmus

Deus stetit i
ga deórur
dio autem deo
Usquequò ju
quitátem, *
peccatórum sú
Judicáte eg
pillo: * húmil
perem justificá
Erípite paúp
egénum de m
tóris liberáte.
Nesciérunt,
tellexérunt, i
ámbulant: *
tur ómnia fu
terræ.

Ego dixi : Dii estis, * & filii Excelsi omnes.

Vos autem sicut hómines moriémini, * & sicut unus de princípibus cadétis.

Surge, Deus, júdica terram ; * quóniam tu hæreditábis in ómnibus géntibus.

Psalmus 89.

Dómine, refúgium factus es nobis, * à generatióne in generatiónem.

Priusquam montes fíerent, aut formarétur terra & orbis ; * à sǽculo & usque in sǽculum tu es Deus.

Ne avertas hóminem in humilitátem ; * & dixisti : Convertímini, fílii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos, * tanquam dies hesterna quæ prætériit,

Et custódia in nocte : * quæ pro níhilo habentur, eórum anni erunt.

Manè sicut herba tránseat, manè flóreat & tránseat ; * véspere décidat, indúret & arescat.

Quia defécimus in ira tua, * & in furóre tuo turbáti sumus.

Posuisti iniquitátes nostras in conspectu tuo, * sǽculum nostrum in illuminatióne vultûs tui.

Quóniam omnes dies nostri defecérunt, * & in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea meditabuntur : * dies annórum nostrórum, in ipsis septuaginta anni.

Si autem in potentátibus, octoginta anni ; * & ámpliùs eórum labor & dolor.

Quóniam supervénit mansuetúdo, * & corripiémur.

Quis novit potestátem iræ tuæ, * & præ timóre tuo iram tuam dinumeráre ?

Déxteram tuam sic notam fac, * & erudítos corde in sapiéntia.

Divisio Psalmi 89.

Convértere, Dómine : úsquequò ? * & deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus manè misericórdiâ tuâ ; * & exultávimus, & delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro diébus quibus nos humiliásti, * annis quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos, & in ópera tua, * & dírige fílios eórum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos : * & ópera mánuum nostrárum dírige super nos, & opus mánuum nostrárum dírige.

Ant. Creávit Deus hóminem ; ad similitúdinem Dei fecit illum. Másculum & féminam creávit eos, & benedixit illis. *Gen.* 5.

Capitulum, ℟. *br. & Preces, quando dicendæ sunt, habentur infrà ad calcem Psalterii ; & sic in aliis Feriis.*

AD TERTIAM.

Deus, in adjutórium.

Hymnus, O fons amóris, *ad calcem Psalterii ; & sic in aliis Feriis.*

Ant. 7. ç. Disciplínâ.

Psalmus 73.

Ut quid, Deus, repulisti in finem ; * irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ ?

Memor esto congregatiónis tuæ, * quam possedisti ab inítio.

Redemisti virgam hæreditátis tuæ : * mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in supérbias eórum in finem : * quanta malignátus est inimícus in sancto !

Et gloriáti sunt qui odérunt te, * in médio solemnitátis tuæ.

Posuérunt signa sua, signa ; * & non cognovérunt, sicut in éxitu super summum.

Quasi in silva lignórum secúribus excidérunt jánuas ejus in idipsum ; * in secúri & áscia dejecérunt eam.

Incendérunt igni sanctuárium tuum, * in terra polluérunt tabernáculum nóminis tui.

Dixérunt in corde suo cognátio eórum simul : * Quiéscere faciámus omnes dies festos Dei à terra.

Signa nostra non vídimus ; jam non est prophéta ; * & nos non cognoscet ámpliùs.

Usquequò, Deus ; improperábit inimícus ; * irritat adversárius nomen tuum in finem ?

Ut quid avertis manum tuam & déxteram tuam de médio sinu tuo in finem ?

Deus autem Rex noster ante sécula, * operátus est salútem in médio terræ.

Divisio Psalmi 73.

Tu confirmasti in virtúte tua mare, * contribulasti cápita dracónum in aquis.

Tu confregísti cápita dracónis, * dedísti eum escam pópulis Æthíopum.

Tu dirupísti fontes & torrentes, * tu siccásti flúvios Ethan.

Tuus est dies, & tua est nox: * tu fabricátus es auróram & solem.

Tu fecísti omnes términos terræ: * æstátem & ver tu plasmásti ea.

Memor esto hujus, inimícus improperávit Dómino; * & pópulus insípiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi; * & ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

Réspice in testamentum tuum; * quia repléti sunt qui obscuráti sunt terræ, dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmilis factus confúsus: * pauper & inops laudábunt nomen tuum.

Exurge, Deus, júdica causam tuam: * memor esto improperiórum tuórum, eórum quæ ab insipiénte sunt totâ die.

Ne obliviscáris voces inimicórum tuórum: * supérbia eórum qui te odérunt, ascendit semper.

Psalmus 95.

Cantáte Dómino cánticum novum, * cantáte Dómino, omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus: * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus & laudábilis nimis; * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii géntium dæmónia; * Dóminus autem cœlos fecit.

Conféssio & pulchritúdo in conspectu ejus; * sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afferte Dómino, pátriæ géntium, afferte Dómino glóriam & honórem; * afferte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introíte in átria ejus; * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus univérsa terra: * dícite in géntibus, quia Dóminus regnávit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovébitur; * judicábit pópulos in æquitáte.

Lætentur cœli, & exultet terra; commoveátur mare, & plenitúdo ejus: * gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum à fácie Dómini, quia venit; * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * & pópulos in veritáte sua.

Ant. Disciplínâ intellectûs replévit illos, ut nomen sanctificatiónis collaudent. *Eccli.* 17.

Capitulum. Eccli. 18.

Qui vivit in ætérnum, creávit ómnia simul. Quis súfficit enarráre ópera illíus? quis enim investigábit magnália ejus?

℟. *br.* Scitóte * Quóniam Dóminus ipse est Deus. ℣. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. * Quóniam ipse est Deus. Glória. ℟. Scitóte. *Ps.* 99.

℣. Dómine, misericórdia tua in sǽculum; ℟. Opera mánuum tuárum ne despícias. *Ps.* 137.

Preces, si dicendæ sunt, habentur infrà ad calcem Psalterii.

Oratio conveniens.

AD SEXTAM.

Deus, in adjutórium.

Hymnus, Jam solis, *ad calcem Psalterii*; *in aliis Feriis.*

Ant. 2. D. Vidit D

Psalmus 91.

Bonum est conf Dómino, * & lere nómini tuo, Al me:

Ad annuntiandum nè misericórdiam tua & veritátem tuam noctem,

In decachordo ps rio, * cum cántic cíthara.

Quia delectasti me, mine, in factúra tu & in opéribus mán tuárum exultábo.

Divisio Psalmi 9

Quàm magnif sunt ópera tua, mine! * nimis profu factæ sunt cogitati tuæ.

Vir insípiens non gnoscet, * & stultus intélliget hæc.

Cùm exorti fúerint catóres sicut fœnum & apparúerint omne operantur iniquitáter

Ut intéreant in lum sǽculi; * tu au Altíssimus in ætern Dómine.

Quóniam ecce in ci tui, Dómine: niam ecce inimíci tui ibunt; * & disperge

qui operantur ini-
:m.
xaltábitur ficut uni-
cornu meum, * &
is mea in miseri-
úberi.
:spexit óculus meus
os meos; * & in
ntibus in me ma-
tibus aúdiet auris

us ut palmæ floré-
ficut cedrus Líbani
licábitur.
ntáti in domo Dó-
* in átriis domûs
ostri florébunt.
nuc multiplicabun-
senecta úberi, * &
patientes erunt ut
tient,
oniam rectus Dó-
Deus noster, * &
st iníquitas in eo.

Psalmus 96.

minus regnávit,
xultet terra, * læ-
ínsulæ multæ.
bes & calígo in cir-
ejus; * justítia &
um corréctio sedis

is ante ipsum præ-
, * & inflammábit
cúitu inimícos ejus.
ixérunt fúlgura ejus
terræ; * vidit, &
nóta est terra.
ntes sicut cera flu-
it à fácie Dómini, *
à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli justítiam ejus, * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundantur omnes qui adórant sculptília, * & qui gloriantur in simulácris suis.

Adoráte eum, omnes Angeli ejus: * audívit, & lætáta est Sion.

Et exultavérunt fíliæ Judæ * propter judícia tua, Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram; * nimìs exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum; de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætítia.

Lætámini, justi, in Dómino, * & confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Ant. Vidit Deus cuncta quæ fécerat, & erant valdè bona. *Gen.* 1.

Capitulum. Baruch, 3.

Emittit lumen, & vadit; & vocávit illud, & obédit illi in tremóre. Stellæ autem dedérunt lu-

men in custódiis suis, & lætátæ sunt. Vocátæ sunt, & dixérunt: Adsumus: & luxérunt ei cum jucunditáte, qui fecit illas.

℟. *br.* Tui sunt cœli, * Et tua est terra: ℣. Orbem terræ & plenitúdinem ejus tu fundasti. * Et tua est terra. Glória. ℟. Tui sunt. *Ps.* 88.

℣. Verbo Dómini cœli firmáti sunt, ℟. Et spíritu oris ejus omnis virtus eórum. *Ps.* 32.

Preces, si dicendæ sunt, habentur infrà ad calcem Psalterii.

Oratio conveniens.

AD NONAM.

Deus, in adjutórium.

Hymnus, Recédit, *ad calcem Psalterii; & sic in aliis Feriis.*

Ant. 1. G. Omnia.

Psalmus 102.

Bénedic, ánima mea, Dómino, * & ómnia quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.

Bénedic, ánima mea, Dómino, * & noli oblivísci omnes retributiónes ejus.

Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis; * qui sanat omnes infirmitátes tuas:

Qui rédimit de intéritu vitam tuam; * qui coró-

nat te in mise[...]
miseratiónibu[...]

Qui replet i[...]
sidérium tuun[...]
vábitur ut áq[...]
tus tua.

Fáciens mi[...]
Dóminus, * [...]
ómnibus injúr[...]
tibus.

Notas feci[...]
Móysi, * fili[...]
luntátes suas.

Divisio Psa[...]

Miserátor [...]
cors Dó[...]
longánimis [...]
misericors.

Non in per[...]
scétur, * neq[...]
num commin[...]

Non secund[...]
nostra fecit nc[...]
que secundùm [...]
nostras retríbu[...]

Quóniam se[...]
titúdinem cœl[...]
corroborávit [...]
diam suam [...]
tes se.

Quantùm di[...]
occidente, * [...]
nobis iniquitá[...]

Altera divisio [...]

Quómodò [...]
pater filió[...]
sertus est D[...]
méntibus se; [...]
ipse cognóvit [...]
nostrum.

...ordátus est quóniam ...s sumus : * homo, ... fœnum dies ejus ; ...quam flos agri, sic ...florébit.

Quóniam spíritus pertransíbit in illo, & non subsístet ; * & non cognóscet ámpliùs locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab ætérno * & usque in ætérnum super timéntes eum.

Et justítia illíus in fílios filiórum, * his qui servant testaméntum ejus,

Et mémores sunt mandatórum ipsíus * ad faciéndum ea.

Dóminus in cœlo parávit sedem suam, * & regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino, omnes Angeli ejus, * poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus, ad audiéndam vocem sermónum ejus.

Benedícite Dómino, omnes virtútes ejus ; * minístri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino, ómnia ópera ejus, in omni loco dominatiónis ejus : * bénedic, *ánima mea, Dómino.*

Ant. Omnia hæc vivunt, & in omni necessitáte ómnia obáudiunt ei. *Eccli.* 42.

Capitulum. Is. 40.

Leváte in excélsum óculos vestros, & vidéte quis creávit hæc : Deus sempitérnus Dóminus, qui creávit términos terræ : non defíciet, neque laborábit ; nec est investigátio sapiéntiæ ejus.

℟. *br.* Benedícite Dómino, * Omnia ópera ejus. ℣. In omni loco dominatiónis ejus, * Omnia. Glória. ℟. Benedícite. *Ps.* 102.

℣. Generátio & generátio laudábit ópera tua, ℟. Et poténtiam tuam pronuntiábunt. *Ps.* 144.

Preces, si dicendæ sunt, habentur ad calcem Psalt.

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

Pater. Ave.

Deus, in adjutórium.

Ant. 6. F. Ipse dat.

Psalmus 137.

Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo ; * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi, * adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo,

Super misericórdia tua & veritáte tua; * quóniam magnificasti, super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocávero te, exaudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteantur tibi, Dómine, omnes reges terræ; * quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excelsus Dóminus, & humília réspicit, * & alta à longè cognoscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me, * & super iram inimicórum meórum extendisti manum tuam, & salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: * Dómine, misericórdia tua in sæculum; ópera mánuum tuárum ne despícias.

Psalmus 138.

Dómine, probasti me, & cognovisti me: * tu cognovisti sessiónem meam, & resurrectiónem meam.

Intellexisti cogitatiónes meas de longè; * sémitam meam & funiculum meum investigasti.

Et omnes vias meas prævidisti, * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce, Dómine, tu cognovisti ómnia, novíssima & antiqua; * tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me:* confortáta est, & non pótero ad eam.

Quò ibo à spíritu tuo? * & quò à fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in cœlum, tu illic es; * si descéndero in infernum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * & habitávero in extrémis maris;

Etenim illùc manus tua dedúcet me, * & tenébit me déxtera tua.

Et dixi: Fórsitan ténebræ conculcábunt me; * & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminábitur; * sicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos, * suscepisti me de útero matris meæ.

Divisio Psalmi 138.

Confitébor tibi [Dómine] quia terribíliter magnificátus es; * mira-

filia ópera tua, & ánima mea cognoscit nimìs.

Non est occultátum os meum à te, quod fecisti in occulto; * & substántia mea in inferióribus terræ.

Imperfectum meum vidérunt óculi tui, & in libro tuo omnes scribentur; * dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimìs honorificáti sunt amíci tui, Deus; * nimìs confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, & super arénam multiplicabúntur: * exurrexi, & adhuc sum tecum.

Si occíderis, Deus, peccatóres; * viri sánguinum, declináte à me:

Quia dícitis in cogitatióne: * Accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te, Dómine, óderam; * & super inimícos tuos tabescébam?

Perfecto ódio óderam illos, * & inimíci facti sunt mihi.

Proba me, Deus, & scito cor meum: * intérroga me, & cognosce sémitas meas.

Et vide si via iniquitátis in me est, * & deduc me in via æterna.

Psalmus 143.

Benedictus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, * & dígitos meos ad bellum.

Misericórdia mea, & refúgium meum; * susceptor meus, & liberátor meus.

Protector meus, & in ipso sperávi; * qui subdit pópulum meum sub me.

Dómine, quid est homo, quia innotuisti ei? * aut fílius hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitáti símilis factus est; * dies ejus sicut umbra prætéreunt.

Dómine, inclína cœlos tuos, & descende: * tange montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruscatiónem, & dissipábis eos: * emitte sagittas tuas, & conturbábis eos.

Emitte manum tuam de alto: éripe me; & líbera me de aquis multis, * de manu filiórum alienórum,

Quorum os locútum est vanitátem; * & déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Divisio Psalmi 143.

Deus, cánticum novum cantábo tibi: * in psaltério decachordo psallam tibi.

Qui das salútem régibus, * qui redemisti David servum tuum de gládio maligno, éripe me.

Et érue me de manu filiórum alienórum, quorum os locútum est vanitátem; * & déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Quorum fílii sicut novellæ plantatiónes, * in juventúte sua.

Fíliæ eórum compósitæ, * circumornátæ ut similitúdo templi.

Promptuária eórum plena, * eructántia ex hoc in illud.

Oves eórum fœtósæ, abundantes in egréssibus suis; * boves eórum crassæ.

Non est ruína macériæ, neque tránsitus, * neque clamor in platéis eórum.

Beátum dixérunt pópulum cui hæc sunt: * beátus pópulus cujus Dóminus Deus ejus.

Ant. Ipse dat ómnibus vitam, & inspiratiónem & ómnia. *Act.* 17.

Capitulum. Judith, 16.

Adónaï, Dómine, magnus es tu: tibi sérviat omnis creatúra tua, quia dixisti, & facta sunt; misisti Spíritum suum, & creáta sunt.

Hymnus

Deo canente
Quicumqu
spíritu
Vitális auræ vés
Omnes per ipsu
mus.

Auctoris ir
sui
Natúra tota pérs
Servíre, Mortál
Vos terra, vo
docet.

Parent juben
Nubésque dicunt
mus.
Illíus ad nutum
Submittit und
plices.

Rerum Sator
tibi
Se debet humánu
Momenta vitæ té
In te movémur &

Dei creátus m
Deum parentem
Lex est in imo pé
Divína quam scri
nus.

Orbem pote
creas,
Tibi, Pater, cu
Almo simul cum
Sit summa laus i
Amen.

℣. Sit glória
in sæculum; ℟. L
Dóminus in opéri
Ps. 103.

Ad Magníficat *A*

Manus tuæ, Dómine, fecerunt me, & plasmavérunt me totum in circúitu: vitam & misericórdiam tribuísti mihi. *Job*, 10.

Preces, si dicendæ sunt, & Suffragia habentur infrà ad calcem Psalterii.

Oratio, quandò propria non assignatur, dicitur de Dominica præcedente; & sic in aliis Feriis.

AD COMPLETORIUM.

Pater. Ave.

℣. Convérte nos.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 7. d. Lavábo.

Psalmus 6.

Dómine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei, Dómine, quóniam infírmus sum; * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valdè: * sed tu, Dómine, úsquequò?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui; * in inferno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo; lavábo per síngulas noctes lectum meum, * lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus; * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite à me, omnes qui operámini iniquitátem; * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam; * Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei; * convertantur & erubescant valdè velóciter.

Psalmus 7.

Dómine Deus meus, in te sperávi: * salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me, & líbera me;

Nequando rápiat ut leo ánimam meam, * dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

Dómine Deus meus, si feci istud, * si est iníquitas in mánibus meis;

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam méritò ab inimícis meis inánis.

Persequátur inimícus ánimam meam, & comprehendat & concúlcet in

terra vitam meam; * & glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exurge, Dómine, in ira tua, * & exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

Et exurge, Dómine Deus meus, in præcepto quod mandasti, * & synagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere; * Dóminus júdicat pópulos.

Júdica me, Dómine, secundùm justítiam meam, * & secundùm innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, & díriges justum, * scrutans corda & renes Deus.

Justum adjutórium meum à Dómino, * qui salvos facit rectos corde.

Divisio Psalmi 7.

Deus judex justus, fortis & pátiens: * numquid iráscitur per síngulos dies?

Nisi conversi fuéritis, gládium suum vibrábit: * arcum suum teténdit, & parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis; * sagittas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injustítiam, * concépit dolórem, & péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, & effódit eum; * & íncidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus, * & in vérticem ipsíus iníquitas ejus descéndet.

Confitébor Dómino secúndum justítiam ejus, * & psallam nómini Dómini altíssimi.

Ant. Lavábo per síngulas noctes lectum meum; lácrymis meis stratum meum rigábo.

Hymnus, Capitulum, ℟. *breve, Antiph. ad* Nunc dimittis, *& Preces, si dicendæ sunt, habentur infrà ad calcem Psalterii.*

FERIA TERTIA.

AD LAUDES.

Deus, in adjutórium.

Ant. 4. D. Tua, Pater.

Psalmus 106.

Confitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in séculum misericórdia ejus.

Dicant qui redempti sunt à Dómino, quos redémit de manu inimíci, * & de regiónibus congregávit eos,

A solis ortu & occásu, * ab aquilóne & mari.

Erravérunt in solitúdi-

); * viam
iculi non

tientes: *
ı ipsis de-

nt ad Dó-
:ibularen-
effitátibus
os.
s in viam
'ent in ci-
iónis.
Dómino
us, * &
filiis hó-

: ánimam
:mam esu-
bonis.
ènebris &
* vinctos
& ferro.
:bavérunt
& consí-
irritavé-

est in la-
ım: * in-
c fuit qui

nt ad Dó-
ibularen-
essitátibus
eos.
de téne-
nortis, *
ı dirúpit.
Dómino
us, * &
I *

mirabília ejus fíliis hómi-num;

Quia contrívit portas æreas, * & vectes férreos confrégit.

Divisio Psalmi. 106.

Suscépit eos [Dóminus] de via iniquitátis eórum; * propter injustítias enim suas humiliáti sunt.

Omnem escam abominata est ánima eórum, * & appropinquavérunt usque ad portas mortis.

Et clamavérunt ad Dóminum, cùm tribularentur, * & de necessitátibus eórum liberávit eos.

Misit verbum suum, & sanávit eos; * & erípuit eos de interitiónibus eórum.

Confiteantur Dómino misericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum.

Et sacríficent sacrifícium laudis, * & annúntient ópera ejus in exultatióne.

Qui descendunt mare in návibus, * facientes operatiónem in aquis multis;

Ipsi vidérunt ópera Dómini, * & mirabília ejus in profundo.

Dixit: & stetit spíritus

procellæ, * & exaltáti sunt fluctus ejus.

Ascendunt usque ad cœlos, & descendunt usque ad abyssos: * ánima eórum in malis tabescébat.

Turbáti sunt & moti sunt sicut ébrius; * & omnis sapiéntia eórum devoráta est.

Et clamavérunt ad Dóminum, cùm tribularentur, * & de necessitátibus eórum eduxit eos.

